BIBLIOTHECA MEDICA. SIUE CATALOGUS ILLORUM, QUI EX PROFESSO...

Pascal Le Coq



L'autore si chiamava
Pasquale de Cog.

5

BIBLIOTHECA MEDICA.

Siue

CATALOGVS ILLOrum, qui ex professo ARTEM MEDICAM in hunc vsque annum scriptis illustrârunt:

Nempe

QVID SCRIPSERINT, VBI, quâ formâ, quóve tempore SCRIPTA excusa, aut MANVSCRIPTA habeantur.

Admiscentur obiter nonnulla scitu non indigna.

Collegit in vsum Medicorum & auxit

PASCHALIS GALLVS

Picto Villefanensis.

Quid adiectum sit, versa pagina docet.

BASILEÆ

Per CONRADVM VVALDKIRCH.

cIↃ IↃ XC.


[illegible]

IN HAC BIBLIOtheca Medica etiam continetur

CATALOGVS ILLORVM QVI speciatim & ex professo hucusq; scripserunt:

In Medicina aliquid sermone Gallico.
In Medicina aliquid idiomate Germanico.
In Hippocratem.
In Aphorismos Hippocratis.
In Galenum.
In Auicennam.
In Dioscoridem.
de Re Chirurgica.
de Re Anatomica.
de Re Herbaria.
Pharmacopœas.
Practicas medendi vulgò dictas.
Consilia Medica.
de Peste.
de Lue Venerea.

SPE-





SPECTABILI DOMINO DECANO MEDICO, totique gratioso Medicorum Basiliensium Collegio.

PASCHALIS GALLVS S. D.



EMORIAE prodiderunt veteres Philosophi, Viri Clarissimi, hominẽ potissimùm in hanc sublunaris mundi scenam à Naturâ ad hoc esse productum, vt primò quidem miraretur, posteà verò non modò seipsum, sed cœlestia æternaq́ omnia attentè contemplaretur. Quis enim, nisi cæcus, oculos ad cœlestis harmoniæ contemplationẽ sibi à natura esse concessos cum Platòne non agnoscat? Præclarum quidem, licèt haud vsquequaque sanum, priscorum illorum de hominis fine iudicium, quod eos ideò pronunciasse ducendum, quoniam eum magna rerum

cognoscendarũ cõtentione, mẽtisq́; assidua a-
gitatione ferri liquidò animaduerterẽt, nec
paruos diuinitatis igniculos in eo cõspicerẽt,
sic.n. ipse ingeniorum fons Aristoteles, πάν-
τας ἀνθρώπους τοῦ εἰδέναι ὀρέγεσθαι φύσει sa-
pientissimo suo testimonio comprobauit, imò
naturalis ipsa hominis σύνθεσις, sensuumq́;
omnium diuina cõformatio non aliũ finem,
vel eodẽ Philosopho iudice, quã cognitionẽ
præ se ferunt & ostendunt. Annon qui sen-
sus tollunt, inquit Tullius, & nihil percipi
posse dicunt, ij, remotis sensibus ne id ipsum
quidem expedire possunt, quod disserũt? Sic
igitur Naturæ suæ vel à prima origine con-
scius homo, latẽtis in se lucis radios miran-
dum in modum effundit, primosq́; ætatis suæ
annos cum medijs & vltimis in feruido re-
rum percipiendarũ studio ita nectit, vt ad v-
nam scientiã comparatus & editus iure cẽ-
seatur. Ex hoc, inquam, congenitæ cœlestis
naturæ interiore sinu omnis Artiũ inuentio
deprompta, inde numerosa serie propaga-
ta, demumq́;, vt cernis, latissimè apud omnes
mortales diffusa est. Vt aũt Artes illæ genus,
sic finẽ maximè inter se diuersum inde sorti-
tæ sunt, quòd eandem omnibus hominib. na-
turæ

turæ sortem non obtigisse eo modo credi par sit, quo probè Persius:

Velle suum cuiq; est, nec voto viuitur vno.
Mercibus hic Italis mutat sub Sole recenti
Rugosum piper, & pallentis grana cumini,
Hic satur irriguo mauult turgescere somno
Hic campo indulget, hûc alea decoquit.—

Qui verò naturæ suæ (quod isti propemodũ faciunt) non obliti, altiùs mentis oculos erigunt, sublimiaq́; ipsa & immortalia spirant, longè alias ingenij vires exerunt, immortalitatis, quam dixi, spe allecti. Hoc aũt est præclarũ illud literarum studiũ, quod amplecti naturæ suæ verè propriũ agnoscunt. In hoc quanto impetu incubuerint, quamq́; meritas inde laudes homines sint adepti, non aliunde quàm ex ipsorum monumẽtis, & hodiernis Musarum cultorib. fides accersatur. Quis enim tot lucubrationũ à maiorib. nostris relictas veluti tabulas cum admiratione non conspiciat, & latentis in illis artificij cognitione non rapiatur? Vtrumq; sanè illi mihi seriò exequi videntur, qui non modò illis literarum fontib. mentem irrigare contendunt, sed ad eas aditum modis quibuscunq; peruium aliis relinquere conantur. Quorum cùm multitudo magna sit, haud

tamen postrema sede illos quispiam collocabit, qui certa serie literatorum vigilias (ut non minùs in illis quàm aliis rebus necessarius delectus haberetur) complecti laboriosè enixi sunt. Sic enim plerosque veteres non ignobiles factitasse compertum habemus, & hoc renascentiũ Musarum seculo in eandem palæstram multos descendisse in recenti etiamnũ est memoria. Etenim (ut de quibusdam aliis nihil dicam) non sine incredibili fructu summorũ illorum Germaniæ luminũ, & omni virtutũ genere insignium virorum CONRADI GESNERI, CONRADI LYCOSTHENIS, IOSIAE SIMLERI, & IOANNIS IACOBI FRISII fruimur laboribus, quos in unũ colligendis & recẽsendis Autorũ lucubrationib. indefesso & planè admirãdo studio impenderũt. His certè cùm multis aliis, tum hoc in primis nomine grata mẽte tota posteritas multũ se debere agnoscet. Ego verò ut illorũ memoriã obseruanter colui & veneror, sic eorundẽ laborib. usus, mihi periucundũ & utile fuisse libenter agnosco & prædico: imò cũ me Medicinæ studio, annuẽte Deo, addixissem, nõ abs re Medicorũ maximè Historiæ cognoscendæ studiũ

me ce-

me cepit, adeoq; illustriores obseruare & quæ de illis, ab his, quos iam dixi, & aliis notata cõperiebam in priuatũ vsum recondere aggressus sum, tandẽ verò fructũ exinde qualemcunq; percipiẽs, vlteriùs dum pergo, rem etiã aliis cõmunicare haud inutilem & ingratã fore animaduerti. Ex Bibliotheca igitur siue scriptorum omnis generis Catalogo, primũ quidẽ à numquã satis laudato GESNERO collecto & copiosè edito, ab aliis verò quos iã memoraui summis viris in Epitomẽ redacto, & ad annum 1583. Tiguri postremò adaucto, Medicos oẽs in vnũ collegi (omissis tamẽ aliis q̃ Medicis illorum lucubrationib. quas ex Tigurina illa planè vtili & necessaria Bibliotheca petẽdas relinquimus) & nõ ea, fateor, diligẽtia qua tanti illi viri, sed tamen non parũ locupletauimus, atq; aliquot Collectanea subiunximus, adeò vt nostros hos qualescunq; labores gratis hominib. gratos forè nõ dubitemus, præsertim cùm vobis (viri doctissimi) eos nõ displicuisse compertum habeamus, quò sanè factũ, vt sub nominis vestri splendore eos in apertum dare voluerimus, ea insuper occasione impulsi, quòd id quidquid est ab illustris vestræ gentis hominibus totum ferè sit profectum.

Dein, quibusnã vel meliùs vel iustiùs Theatrum hoc nostrũ Medicorum vouerẽ, quàm illis qui regum instar in eo inter cæteros eminent? Non aliis certè studiorum Medicorũ primitias nostras debemus, quàm iis quos in Medicina primos præceptores felici sydere habere contigit. Alter enim ferè effluxit annus, quo te, Spectabilis D. Decane D. CASPAR BAVHINE, *Anatomica & Botanica dextrè demonstrantem videre & audire concessum est. Non paruam etiam felicitatis meæ partem esse duco, quòd Medicorũ præstantissime D.* FELIX PLATERE *tam feliciter & neruosè morborũ agmina propulsandi rationẽ, instar optimi Ducis, nobis præmonstrasti. Quàm subtiliter quoq; Physicorũ dogmata excutias, doctissime D.* HENRICE PANTALEON *res ipsa testatur. Quanta deniq; cum admiratione acutissime D.* IOAN. NICOLAE STVPANE *abstrusa illa Theoricæ Medicinæ theoremata te enodantẽ quotidie audiamus, nostrum est gloriari & gratulari. Vobis, inquam, omnibus optima ratione Bibliothecam hanc Medicam inscribere volui, & debui, vt aliquod saltem meæ erga vos obseruantiæ & grati-*

tudinis

tudinis monimentum relinquerem, eósque pro patronis assumerem, quorum nomen & famam plurimum vbiq; valere certò persuasum habui. Ecquid enim optimos defensores non deligeremus, cùm in tanta viuendi licentia vnus insanorum furiis compescendis nō sufficiat? Obiiciant sanè illi ætatē nullo rerū vsu delibutā, industriam nullā, argumentū leue, & si quid amplius comminiscantur, proferāt. Sat mihi multis placuisse, laboris non parum impendisse, neminē istud suscepisse, & publicæ vtilitati iamiam prodesse voluisse, imò in id nos incumbere, vt alterius & solidioris argumenti commentationem in medium fortasse breui, si vita supersit, proferamus. Isthæc igitur (præstantes viri) eo animo quo offeruntur recipite, vestriq; discipuli memoriam longùm (obsecro) conseruate. Basileæ. Martij die 10. quo ante biennium non sine vestro & omnium luctu, vir incomparabilis, & præclarissimus Collega vester THEODORVS ZVINGERVS *è viuis excessit.*

M.D. XC.

ENVMERATIO AVTHORVM OMNIVM QVI IN HAC BIBLIOTHECA MEDICA LATINA

inueniuntur, ita tamen vt inuerso ordine habeantur quibus bina vel trina insunt nomina, vt facilior sit inuestigatio dubitanti de prænomine; quorum verò vnicum solùm, illos etiam posuimus, vt vna quasi tabula omnium Medicorum nomina continerentur, proinde ne mirere, si quando hîc ter aut quater idem nomen alternatim occurrat, tot enim sunt diuersi scriptores, quos hîc 1224. reperies.



A

Aga-

Bancls

Canapé

D

Dio-

):( ):(

Gabricinus Hieronym9.
Gabucinus Hieronymus.
Gæbelius Seuerinus.
Gadaldinus Augustinus.
Gaizo Antonius.
Galaf Israelita.
Galenus Claudius.
Gallus Andreas.
Gallus Antonius.
Gallus Aetius.
Galatheus Medicus.
Ganessetus Michael.
de Garbo Dinus.
de Garbo Thomas.
Gariopontus.
Garlandius Ioannes.
Gassarus P. Achilles.
Gatinaria Marcus.
Gatisdene Ioannes.
Gaudinus Alexis.
Gaupylus Iacobus.
Gauricius Lucas.
Gaynerus Antonius.
Gaza Theodorus.
Gazius Antonius.
Gebelius Ioannes.
Geberus, siue Gebrus.
Gelatius.
Geminus Thomas.
Gemma Cornelius.
Gemusæus Hieronymus.
Gengerus Iacobus.
Genuensis Simon.
Geocrinus Franciscus.
Geopretius Robertus.
Gerardus Theodericus.
Gersdorf Ioannes.
Geslerus Ioannes.
Gesnerus Conradus.
Gabaldus Hector.
Gilbertus.
Gilbertus, Anglus.
Gilgilis.
Giptianus.
Glaucias
Glaucias.
Gnidius Chrysippus.
Goeurot Ioannes.
Gordonius Bernardus.
Gorræus Ioannes.
Gorræus Petrus.
Gourmelæus Stephanus.
Goyneus Baptista Ioan.
de Gradis Antonius.
de Gradibus Matthæus.
Grapheus Beneuenatus.

H

de

de Honestis Georgius.
Honorius.H.
Horatianus Octauius.
Horman. Guilelmus.
Horstius Gisbertus.
Horstius Iacobus.
ab Horto Gartias.
Hostresham Nicolaus.
Houeus Nicolaus.
de Houssemaine Nicolaus.
Humain, aliàs, Humay.
Humelbergius Gabriel.
Huntingronēsis Hēricus.

I

Iacchinus Leonardus.
Iacobus Ioannes.
Iabes.
Icacidas.
Iceus.
Ieheus.
Ingarsias Philippus.
Ingrassia Philip. Ioānes.
Ioannicius.
Ioannes.
Ioannes.
Ioannes.
Ioannes Archimedicus.
Iob.
Ionas.
Ionicus.
Iordanus Ioannes.
Iordanus Thomas.
Iosina.
Ioubertus Laurentius.
Israelita.
Itrensis Ioannes.
Iudæus.
Iudianites.
Iulianus.
Iunius Adrianus.
Iunta Thomas.
Iustus.

K

Kacebras.
Kamintus.
Karthan Ioannes.
Keller Samuel.
Kentmannus Ioannes.
Kheumius Ioannes.
Kiranus.
Klangus Ioannes.
Klumpius Antonius.
Kreichius Ioannes.
Kuefnerus Ioannes.
Kyberus Dauid.

L

Lachi.

Lacuna Andreas.
Lalemantius Ioannes.
Landulphus Cæsar.
Lanfrancus.
Langius Ioannes.
Landus Baßianus.
de Largalata.
Largus Scribonius.
de Laude Maffæus Bernardinus.
Laurentianus Laurẽtius.
Legius Leonardus.
Legleus Gilbertus.
Lemnius Andreas.
Lemnius Leuinus.
Leo Ambrosius.
Leo Dominicus.
Leon Carcanus Baptista Ioannes.
Leonenus Philipp. Ioan.
Leonicenus Nicolaus.
Leonicus Nicolaus.
Leonidas.
Liebautius Ioannes.
Limanus Horatius.
Limburgius Gilbertus.
Linacer Thomas.
Lobelius Matthias.
Locustius.
Logadius.
Lombardus Bonus.
Lommius Iodocus.
Longoburgẽsis Brunus.
Lonicerus Adamus.
Lonicerus Ioannes.
de Lonitz Simon.
Lopius Gartias.
Lopleignus Theobald9.
Lucas Constantinus.
Lucilius.
Lucius Cyriacus.
Ludouicus Antonius.
Lullius Raymundus.
Luisinus Aloisius.
Lusitanus Amatus.
Lycus.
Lysimachus.

M

Machellus Nicolaus.
Macer Aemilius.
Maggius Bartholomæus.
Magistrat Gulielmus.
Magnus, alias Magninus.
Magnus Nicolaus.
Magnus Stephanus.
Mahazer.

Maio-

Maiolus Paulus.
Manardus Ioannes.
Manfredus Hieronymus.
de Manliis Iacobus.
Mantias.
Mantinus Iacobus.
Maranta Bartholomæus.
Marcellus Empiricus.
Marcellus.
Marchisius Franciscus.
Marchos.
Marcion.
Marferde Ioannes.
Marinus.
Marius Sebastianus.
Marquardus Ioannes.
Martinus Dominicus.
Martius Hieremias.
Martinus Ioachimus.
Mascolinus Andreas.
Massa Nicolaus.
Massarias Alexander.
Massarius Dominicus.
Massarius Ioannes.
Masuue.
Matthæus Ioannes.
Matth. Andreas Petrus.
Matthisius Henricus.

Maymo.
Mayrola Bartholomæus.
Medius.
Meges.
Meichingerus. (thias.
Melanclius Theod. Mat-
Melanchthon Philippus.
Meletius.
Meletius.
Melichius Georgius.
Memmius Petrus.
Memphites Apollonius.
Mena Ferdinandus.
Menabenus Apollonius.
Menecrates.
Menetheus.
Mercatus Ludouicus.
Mercurialis Hieronym.
Merenda Petrus Ioannes.
Merlinger Bartholomæus
Mesarugie.
Mesue Ioannes.
de Meti Antonius.
Metrodorus.
Michael.
Michonius Matthias.
Micreris.
Micronius Martinus.

N

Nicco-

O

P

Parthenius.
de Partibus Iacobus.
Paschalius Ioã. Michael.
Pasinus Ludouicus.
Paulus.
Paulus Francisc. Petrus.
Paynel Thomas.
Paz Bustamãte Benedict.
Peletarius Iacobus.
Pelsers Ioannes.
Pena Petrus.
Pereda Paulus Petrus.
Perrotus Nicolaus.
Perumia Paulus Ioannes.
Petreius Nicolaus.
Petronius.
Petrus Cornelius.
Paucerus Gaspar.
Phaier Thomas.
Phanias.
Phanostratus Demetri⁹.
Phædro Georgius.
Philagrius.
Philalethes Alexander.
Philalethes Demosthen.
Philarchus.
Philelphus Franciscus.
Phileta.
Philippus.
Philiston.
Philologus Thomas.
Philon.
Philonides.
Philoponus Ioannes.
Philotheus.
Philotimus.
Philoxenus.
Philumenus.
Picolhominius Archang.
Pictorius Georgius.
de Pindemontib. Alcard.
Pinder Vdalricus.
Pintor Petrus.
Pinus Mattheus Petrus.
Piso Nicolaus.
Pistorius Ioannes.
Pistorius Simon.
Placotomus Ioannes.
Plancius Guilelmus.
Planerus Andreas.
Planerius Ioannes.
Planudes Maximus.
Platearius Ioannes.
Platerus Felix.
Plinius Caius.
Polichius Martinus.

Policola.

Rondeletius Guilelmus.
Rodoham Hali.
Roganus Leo.
Rogerius.
Ronsseus Balduinus.
Rorarius Nicolaus.
Rosarius Baptista Ioan.
Rosinus.
Rostinus Bartholomæus.
Rostinus Ludouicus.
Rostinus Petrus.
Rota Franciscus Ioãnes.
Rota Franciscus.
Rota Martianus Iulius.
Routllius Guilelmus.
Rouschius.
Roussetus Franciscus.
Rubeus Hieronymus.
Rudiemus.
Rueff Iacobus.
Ruellius Ioannes.
Rufus.
Rufus Ephesius.
Ruffus Ioannes.
Rulandus Martinus.
Rumbaum Christophor.
Rungius Ioannes.
de Rupe scissa Ioannes.

S.

Salemuia.
Salernus.
Salicetus Guilelmus.
Salicetus Ioannes.
Salmuth Georgius.
Saluianus Salustius.
Sambucus Ioannes.
de S. Amando.
Sanctus Marianus.
de S. Paulo Ioannes
de S. Sophia Gelatius.
Saporta Antonius.
Saracenus Anton. Ianus.
Saracenus Philibertus.
Sardiagus.
Sardus Baptista.
Sauonarola Michael Io.
de Saxonia Henricus.
Scaliger Cæsar Iulius.
Scardonius Leonardus.
Scarrerius Petrus.
Schedelius Hartmannus.
Scheghius Iacobus.
Schellinus Conradus.
Schenckius Ioannes.
Schuenckfeld Gaspar.
Schillerus Ioachimus.

Schlus

Suter Christianus.
Stampers Martinus.
Stapedius Henricus.
Stemheyll Henricus.
Stephanus.
Stephanus.
Stephanus Carolus.
Stephanus Ioannes.
Stephanus Magister.
Stecklin Conradus.
Strabus.
Strategus Petrus.
Strato.
Struppius Ioachimus.
Struthius Iosephus.
Stupanus Antonius
Stupanus Nicolaus Ioã.
Sturmius Reginaldus.
Suardus Paulus.
Suardus Baptista Ioãnes.
Suauius Leo.
de Sueuia Berchtoldus.
Sulaimen ben Isaac.
Surianus Hieronymus.
Susius Baptista Ioannes.
Sybillinus Petrus.
Sylburgius Fridericus.
Syluaticus Baptista Ioan.
Syluianus Bartholomæus.
Syluaticus Mattheus.
Syluius Iacobus.
Syluius Ioannes.

T

Tabari.
Tacuinus.
Tagaultius Ioannes.
Talhuser Vvolffgangus.
Talpa Petrus.
Tamarus Ioannes.
Tarentinus Heraclides.
Taurellus Nicolaus.
Taurisanus Bernardin.
Taurisanus.
Taxeoti.
Tenota Antonius Ioan.
Thaddaeus Florentinus.
Thalius Ioannes.
Thasius Aristogenes.
Themison.
Theodorus.
Theodorus.
Theodosius.
Theodosius Baptista Ioã.
Theon.
Theophanes.
Theophilus.

Theophi-

V



SERIES LITERARIA ILLORVM, QVI EX PROFESSO ARTEM MEDICAM Scriptis hucusque illustrarunt.



A



ABENBICAR de simplicibus medicamentis opus Arabicè conditum, insigne & magnum, duplicíq; exemplari scriptum vsque ad dimidium extitit apud Gulielmum Postellum, in quo ordine Alphabetico expressa sunt simplicia medicaméta quàm plurima, & remedia innumera & rarissima: Alterum volumen (inquit Postellus) fuit vsui Iacobitæ cuidam qui Græca nomina sua lingua adscripsit. Deprehendimus autem per collationem, nullam esse lacunam in Dioscoridis, Galeni, aut Oribasij eiusdem argumenti libris, quæ ex hoc codice suppleri non possit: Citatur sæpe ab Andrea Bellunense EBENBITAR nomine.

ABENSINAE Medici compendium Arabi-

cè ſcriptum habuit Guilielmus Poſtellus.

ABHENQVEFIT, vel ALBENQVEFIT, quædam de Balneis ſcripſit, quę impreſſa ſunt Venetiis cum aliorum de iiſdē ſcriptis, apud heredes Iuntæ. 1553. folio.

ABHOMERON ABYNZOAR ſcripſit opus in re Medica libris 3. impreſſum Venetiis Latinè. 1496.

ABIMERON AVENZOAR, citatur à Campegio de clyſteribus. 62.

ABRAHAMVS IVDAEVS, & Simon Ianuenſis, Ioan. Serapionis Commentaria de facultatibus ſimplicium medicamentorum Latinè reddiderunt. excuſa Venetiis fol. apud Iuntas 1550.

ABRAHAMI FILII ISAACI liber Medicus Hebraicè ſcriptus extat.

ABRAHAMVS E PORTO LEONIS Mantuanus Medicus, edidit Dialogos 3. de Auro, in quib non ſolùm de Auri in re Medica facultate, verùm de ſpecifica eius & cæterarum rerum forma, ac duplici poteſtate, qua mixtim in omnibus operatur, copioſè diſputatur. 4. Venetiis 1586.

ACHILLES P. GASSERVS Lindauienſis, Medicus & Mathematicus Reipublicæ Auguſtanæ conſcripſit Methodum nouam Aphoriſmorum Hippocratis libris quibuſque collectam, Sangalli 1584.

ACTORIENES Chymiæ ſcriptor, citatur ab Hortulano

Hortulano Philosopho.

ACTOR quidam Chymicus scriptor, citatur in libro senioris.

• ACTVARII IOANNIS ZACHARIAE filij scripta in re Medica Græcè omnia in bibliothecis, præsertim Italiæ, instructioribus habentur. Auicennæ de vrinis librum ex Arabico Græcum fecit. Extat eiusdem & aliud de Vrinis volumen in septem libros diuisum, quod Ambrosius Leo Nolanus latinum fecit. Item liber de composit. Medicamentorum, translatus à Ioanne Ruellio. Eiusdem methodi medendi libri sex, quibus omnia quæ ad Medicinam factitandam pertinent, ferè complectitur, impressi sunt Venetiis, Cornelio Henrico Mathisio Brugensi interprete, 1554. in 4. Eiusdem de Actionibus & Affectibus spiritus Animalis libri 2: De Vrinis libri septem, Methodi medendi libri sex, editi sunt Parisiis à Morelio in 8. ab Henrico Stephano cum aliis Medicis authoribus fol. 1567. & Lugduni à Ioanne Tornæsio 16. 1556. de Compositione medicamentorum liber à quibusdam seorsim editus, est liber quintus methodi medendi. Commentarij eiusdem in Hippocratis Aphorismos extant apud Felicem Paciotum Vrbinatem. ferunt etiam Dominicum Montesaurum Medicum habere duo exemplaria M S. Græca de Vrinis, quorum vnum copiosius sit vulgaribus exemplaribus. Asseruantur etiam

in Bibl. R. Galliæ Epitomes Medicinæ libri 6. de efficacia animalis spiritus: quæ duo quoque opera impressa sunt. de Diæta liber. Citatur præterea eiusdem liber 2. Regalium sermonum, à Giberto Longolio in dialogo de auibus. Medendi rationem scripsit omnium corporis affectuum, à capite ad calcem, & alia nonnulla. fragmenta quædam de ratione medendi omnium corporis affectuum à capite vsque ad calcem in folio M. S. in Bibl. Imp. Viennæ. eius libros de Vrinis in elegantem Epitomen contraxit Con. Gesnerus 8. Tiguri 1541.

ADAMVS à BODENSTEIN filius D. Andreæ Carolostadij Theologi, Medicus Basiliensis, scripsit epistolam ad amplissimos & generosos dominos Fuggeros, in qua argumenta Alchymiam infirmantia & confirmantia adducuntur, quibus & eam artem esse certissimam demonstratur, lapisque verè inuentus ostenditur. Idem multos libros Theophrasti Paracelsi Germanicè & Latinè in publicum edidit, & in illos præfatus est. scripsit etiam præseruatiuum podagræ. De Herbis 12. signis Zodiaci dicatis: Isagogen in Arnoldi de Villa noua Rosarium Chymicum paraphrasticè traditam.

ADAMI LONICERI Ioannis F. Naturalis Historiæ opus, in quo tractat de natura & viribus omnis generis stirpium & animantium:

mátium: item gemmarũ, metallorum, succorum, adeoque de vera cognitione, delectu & vsu omnium simplicium medicamentorum, quorum & Medicis & Officinis vsus esse debet, vnà cum eorundem ad viuum effigiatis imaginibus. Accesserunt quædam de stillatitiorum liquorum ratione, eiusque artis & instrumentorum vsu, atque de peculiaribus simplicium medicamentorum facultatibus. Christ. Egenolph. excud. Francf. 1551 in fol. Onomasticon continens varias plantarum nomenclaturas. Eiusdem institutio pro obstetricibus. 4. Francfurti. idem de peste 8. Francfurti Germ. 1572.

ADELDARDVS Anglus scripsit in re Medica multos libros. Cl. 1130.

ADOLPHI OCCONIS nomen habuere tres Augustanę vrbis apud Vindelicos Medici clarissimi, pater, filius, nepos. Adolphus Occo secũdus huius nominis primùm in Germania edidit Nicolaum Alexandrinum Ingolstadij 1541.

ADOLPHVS OCCO Medicus Augustanus tertius huius nominis scripsit Conclusiones 31. ad quęstionem num lues quæ pestis dicitur necessariò habeat adiunctam febrim pestilentem, vel putridam vel hecticam, ita vt vel contenta cordis vel ipsius substantia putreat necessariò. Item Consilium contra pestem cum aliis Augustanæ Reipublicæ Medicis iuratis. Pharmacopœam pro Rep. Augustana, cui

accessere simplicia omnia Officinis nostris vsitata, & annotationes in eadem & composita. Augustæ 1573 fol.

ADRIANVS IVNIVS Hornanus, Medicus, Cassij Iatrosophistæ medicas quæstiones ex Græcis Latinas fecit, Parisijs anno 1541. apud Christ. Vvechelum.

ÆGIDIVS monachus Benedictinus, natione Græcus, scripsit carminibus, de pulsibus lib. 1. de Vrinis librũ 1. qui ambo cum expositione Gentilis de Fulgineo, impressi sunt primùm Lugduni 1505. in 8. dein Basileæ apud Thomam Vvolfium 1529. vixit circa annum Dom. 700.

ÆGIDII EVERARTI Antuerpiani Commentariolus de Herba Panacea, quam alij Tabacum, alij petum, aut Nicotianam vocant. Antuerpiæ apud Ioan. Bellerum 16. 1587.

ÆGIDII DE HERTOGHE Medici, Epistola, de gestatione fœtus mortui per tredecim annos, ad Matthiam Cornacem.

ÆGIMII de Palpitationibus siue de Pulsibus liber à Galeno libro quarto de differentiis pulsuum.

ÆLII GALLI medicamenta quędam composita referuntur à Galeno, libro secundo de Antidotis.

ÆLIVS PROMOTVS Alexandrinus, Græcus Medicinæ scriptor extat in Italia.

ÆMILIVS CAMPOLONGVS Patauinus hoc

hoc tempore professor Cl. scripsit de Variolis, & Arthritide. 4. Venetus apud Paulum Moletum 1556. charthis 17.

ÆMILII DVSI Physici ac Medici Bredenisis de tuenda sanitate liber 8. Taurini 1582.

ÆMILIVS MACER quidam scripsit de virtutibus herbarum carmine hexametro, cuius opusculum extat cum Ioannis Atrociani annotationibus Basileæ impressum, & postea Francfurti aliis Iani Cornarij scholiis illustratum, sed alius videtur, ait Gesnerus, ab Æmilio Macro Veronense poeta, de quo scribit Ouidius, & Volaterranus lib. 17.

ÆNEAE cuiusdã ad capitis dolorem pharmaca Galen. lib. 2. de Comp. Med. secundùm locos, recenset.

ÆSCVLAPII de Morborum, infirmitatum, corporisque accidentium origine, causis, descriptionibus & cura, liber impressus est Argentorati à Schotto an. D. 1544. cum Trotula & Hildegardi, chartis 20.

ÆTHONIS IOANNIS à Freudenberg de abusu & impostura medicantium libellus, perquàm vtilis iucundusq. omnibus quibus cum Medicis erit negotium, impressus est Marpurgi à Ceruicorno, anno 1538. octernionibus 3.

AETIVS AMIDENVS M dicus, scripsit Sermones seu libros 17. in quibus cuncta quæ ad curandi artem pertinent, congesta sunt, ex

omnibus qui vsque ad eius tempora scripserant, diligentissimè excerpta, quorum 8. tantum Græcè ex Aldi officina, Latinè verò omnes Basileæ à Frobenio impressi sunt 1535. partim à Ioanne Montano, partim à Iano Cornario translati. Deinde iterum 1542. omnes à Iano Cornario de integro versi & denuo editi 1549. & anno 1567. apud Henricum Stephanum cum aliis Medicis fol. Aetij libri de Oculorum affectibus, de intemperie & infirmitate hepatis, & de his qui sanguinem ex ventre reuomunt, Græcè extant in Bibliotheca Regis Galliæ.

AGAPIVS ALEXANDRINVS, Medicus insignis, qui Bizantij eius facultatis ludum aperuit, scripsit Commentarios in Medicinam Suidas.

AGATHINVS citatur à Galen. lib. 4. de diff. pulsuum cap 11.

ALARDVS AMSTELRODAMVS Hippocratis epistolam ad Damagetum paraphrasticè conuertit in Latinũ, adiuncto etiam textu Græco. Opusculum excus. Salingiaci apud Soterem 1530.

ALBANVS HILLVS Britannus, Medicus nobilissimus optimus, atque in omni genere literarum maximè versatus, multa in Galenum quę ad Anatomen pertinent conscripsit, vt refert Bassianus Landus.

ALBANVS TORINVS Medicus Vitodurensis, Pauli Æginetæ Enchiridion Medicinæ è Græ-

à Græco Latinum primus reddidit, cum annotationibus per quas translationis suę rationem reddit: idq; ac in Epistola Apologetica ad Ioan. Guint Andernacū. interpretatꝰ est quoque Philareti librum de Pulsibus, & Theophili de Vrinis, impressit Henr. Petri Basil. 1535. item Polybi antiquiss. Med. de semine humano lib. 1. exc. Basil 1544. apud Ioan. Oporin. item Dioclis Caristij de tuenda sanitate ad Antigonum Regem libellum aureum. Ioannis Damasceni Med. de exquisita febrium curatione compẽdiosum diegema & Aphorismos eiusdem ex barbara translat. elegantiore paraphrasi illustrauit. exc. Basil. 1542. apud Robert. Vvinter. Alexandri Traliani libros interpretatus est. Paulò ante mortem Latinitate donauit Philothei Medici commentarios Græcos in Aphorismos Hipp. obiit Basileæ 1550.

ALBATENIVS Medicus, Galeni libros in Arabicum sermonẽ vertit, teste Ioan Serapione, qui eodem ferè tempore vixit, nempè MLXX. scripsit quoque de simplicibus, Volaterranus lib. 21. Vrb. cōment. idem videtur Albategni, ait Gesnerus.

ALBENQVEFIT Philosophi liber de facultatibus medicinarum & ciborum, à Gerardo Cremonense ex Arabico sermone in Latinum tr. excusus Argentinæ 1531.

ALBERTVS BELFORTIS Rhæticꝰ, Medicus excellens in suis scriptis promisit librū de abolenda morbi Gallici nomenclatura, affe-

ctusque (iuxta Galeni censuram) explicatione & curatione, addita quoque recentiorum ad hoc propositum Empirice. Ad hæc Epistolarum volumen, Limacis encomium, Empiriam suam.

ALB. BOTTONI Medici professoris Patauini liber de morbis muliebribus editus Patauij, & Basileæ cum cæteris eiusdem argumenti. 4. apud Conr. Vvaldkirch. 1586.

ALBICVS Bohemiæ R. Physicus, pòst Archiepiscopus Pragensis, scripsit practicam medendi & regimen pestilentiæ: item regimen sanitatis. Lipsiæ impress. 1484. per Marcum Brand.

ALBRICIVS Londinensis, scripsit de ratione veneni, & in re Medica plura alia. vixit an. D. 1090.

ALBVBETRI F ZACHARIAE F. Arasi opera parua imp. Lugduni in. 16. an. D. 1510. est autem cognomen Rasis Medici, vt audio, inquit Gesnerus.

ALCANAMOSADI Philosophi de Baldach Armenici liber de passionibus oculorum, compilatus ex diuersis voluminib. Philosophorū de Baldach à Dauid Armenico, & translatus ex Arabico in Latinū ab Alcanamosadi, quando se transtulit ad partes Lombardiæ, continet experta & remedia varia.

ALCHINDI cuiusdam liber de Compositarum medicinarum gradibus exc. fuit cum

allis

aliis eiusdem argumēti Patauij, & apud Ioan. Mareschallum. 8. 1584.

ALCMAEONIS quædam aut verba, aut placita in Medicina, apud Stobæum in serm. de morbo & sanitate citantur.

ALCARDVS de Pindemontibus Veronensis Physicus, scripsit libellum ad Hermolaum Barbarum de fontibus seu balneo Calderij, de modo bibendi aquam, de diçta sumentium balnea, de somno meridiano, de modo succurrendi accidentibus superuenientibus. Venetiis apud Iuntas cum lib. variorum auctorum de Balneis.

ALEMANNVS de flatibus in Hippocratem & de aere, aquis & locis.

ALEXANDER ACHILLINVS Bononiensis accurat⁹ Auerrois interpres, scripsit de subiecto Medicinæ Venetiis cum aliis ipsius operibus philosophicis apud Hier. Scotū 1568 & Annotationes Anatomicas Bononiæ p Hier. de Benedictis 1524. obiit nondum expleto anno 50. 4. Non. Augusti.

ALEXANDER APHRODISAEVS sub Seuero & Antonino, primus omnium Aristotelem commentariis enarrauit: inter cætera edidit opusculum de febribus ad Apollonium à Georgio Valla translatum quod exiuit Basileæ 1542.

ALEXANDER BENEDICTVS Veronensis scripsit de morbis medicandis à capite ad calcem libros 30. Aphorismorum lib. 1 de pe-

ſte, eius cauſis & materia auxiliorum lib. 1. Anatomes lib. 5. quos Henricus Petrus excudit Baſileæ fo. 1571.

ALEXANDRI MASSARIAE practicæ Medicinæ Patauij profeſſoris libri 2. de peſte. 4. Venetiis 1580. Eiuſdem diſputationes duæ, altera de ſcopis mittendi ſanguinem, cùm generaliter tum ſpecialiter in febribus: altera de purgatione in principio morborum. 4. Venetiis 1588. floret Patauij.

ALEXANDER PHILALETHES citatur à Galeno lib 4. de diff. pulſuum. Hic post Zeuxidem in Caria maximam Medicorum ſcholam conſtruxit Strabonis ætate. Strabo 13. in fine.

ALEXANDRI Medici Græci Practica impreſſa videtur in Italia: cum expoſitione interlineari Iacobi de partibus.

ALEXANDER SEITZ ſcripſit de thermis Badenſibus in Heluetia.

ALEXANDER TRIANVS Petronius Citacaſtellanus ſcripſit in Medicina Aphoriſmos 149. Venetiis apud Bernardum Venetũ 1535.

ALEXANDRI TRALLIANI Iatroſophiſtæ libri medicinales 12. Græcè impreſsi ſunt Pariſiis à Roberto Stephano fol. 1548. chartis 76. cum Rhazæ libro Græco de peſtilentia, & Iacobi Gauphyſti in vtrumq; annotationibus. Iidem Latinè verſi, Baſileæ apud Henr. Petrũ Albano Torino interprete. Eoſdem è Græco vertit & in multis locis reſtituit atque emendauit

dauit Ioan. Guint. Andernacus, excudit Remigius Guido Argétinæ, 1540 & Henr. Stephanus cum aliis autoribus Medicis fol. 1567.

ALEXANDRI MEDICI de cognitione pulsuum in febricitantibus, liber Græcus M S in Bibl. R. Galliæ.

ALEXIDIS GAVDINI & L. Ioubetti Disputatio de iteranda sæpius phlebotomia in eodem morbo, habetur in operibus L. Ioubertí 1582. Lugduni in folio excusis.

ALFONSVS BERTVSIVS Fanensis, scripsit Methodum generalem & compendiariá ex Hipp. Galeni & Auicénæ placitis de promptam ac in ordinem redactam, ad omnes morbos recta ratione cürandos summè vtilem ac necessariam. Lugduni Gabriel Coterius 1558.

ALFONSI FERRII Neapolit. Medici, Pauli III. Pp. Chirurgi primarij de Ligni Sancti multiplici medicina, & vini exhibitione libri 4. impressi Paris. forma Enchiridij an. 1539. Eiusdé de sclopetorum siue archibusorū vulneribus libri 3. Corollarium de sclopeti ac similium tormentorum puluere. de Caruncula q̄ ceruici vesicę innascitur opusculum chirurgis vtile Matthias Bonhomme exc. Lugduni 1553. quaternionibus 15. & dimidio.

ALHOMIANES Chymista citatur in libro senioris filij Hamuel.

ALOISII LVISINI Vtinensis quæstiones de Balneis insertæ sunt Ludouici Pasini libro de thermis Patauinis à Iuntis impresso. Eius-

dem libri de compescendis animi affectibus p Philosophiam & Medicinam, Basil. 8. Aphorismi Hippocratis Latino car. hexametro redditi, Venetus apud Iuntas. 1552.

ALOISIVS MVNDELLA Brixiēsis, vir doctissimus scripsit epistolas medicinales 23. variarum quæstionum & locorum insuper Galeni difficilium expositionem continentes. Annotationes in examen simplicium ab Anton. Musa Brassauola conscriptum Michael Isingr. excudit Basileæ 1543. Item Theatrum Galeni, hoc est, vniuersæ medicinæ à Galeno diffusè sparsimque traditæ promptuarium, quo vel indicis loco in omnes Galeni libros vel locorum communium instar in re medica lector vtetur, editum Basileæ per Euseb. Episcopium fol. 1568. chartis 287. & Coloniæ apud Ioann. Gymnicum fol. 1587.

ALOISIVS TRISSINVS Vincentinus Medic. scripsit problematum medicinalium ex sententia Galeni libros 6. euulgatos Basil. ab Isingrinio 1546. in 8. Docuit Ferrariæ & iuuenis adhuc obiit annos circiter 25. natus.

ALPHONSI MORESCOTI compendium totius Medicinæ editum Francfurti apud Christ. Coruinum 12. 1584. & 12. 1588. chartis 19. cum Petri Gorræi formulis remediorum.

ALSAHARANVS Arabs scripsit de Theorica & practica medendi, eius verba citat Christophorus Orosc. castigator Aetij interpretum in

stem in castigationibus libri 4. cap. 27. ita vt appareat istum autorem extare.

AMATI LVSITANI Medic. Cl. Curationum medicin. centuriam primam multiplici variaque rerum cognitione refertam, (cui præfixa est eiusdem anthoris commẽtatio, in qua docetur quomodo se Medicus habere debeat in introitu ad ægrotantem, simulque de crisi & diebus decretoriis, iis qui artem medicam exercent, & quotidie pro salute ægrorum in collegium descendunt, longè vtilissima) Florentiæ excudit Torrentinus an. Dom. 1551. octem. 26. Eiusdem Curat. medic. centuria 2. in qua methodus & canon propinandi decoctum radicis Cynarum, Iulio III. Pp. compositus, vberius describitur quàm in prima habetur cent. Venet. excudit Vincentius Valgrisius 1552. oct. 16. Idem Amatus Lusitanus, nomine Ioann. Roderici Castelli, Albi, Lusitani edidit exegemata in 2. libros priores Dioscoridis excus. Antuerp. 1536. deinde sub suo nomine euulgauit eruditissimas enarrat. in Dioscor. totum, in quibus passim Simplicia Græcè, Latinè, Hispanicè, Germanicè & Gallicè proponuntur, Venet. excudit Valgrisius 1553. quo tempore autor Rhacusij Medicinam faciebat. præter duas dictas cent. edidit alias 5. quæ Venetiis & Lugduni extant. Sunt etiam eius comment. in Dioscor. Argentinæ à Rihelio excusa & Lugd. apud Matthiam Bonhõme 1558. cum annot. Roberti Constãtini, & simpliciũ picturis ex Fuchsio & Iac. Dalecãpio.

AMBROSIVS LEO Nolanus ſcripſit opus quæſtionum, cum aliis pleriſque in rebus cognoſcendis, tum maximè in Philoſophia & Medicina Venet.1523. Actuarij Ioannis Zachariæ F. de Vrinis lib.7. ex Græcis fecit Latinos: Baſileæ apud Cratandrum 1528.

• AMBROSIVS PAREVS Chirurgꝰ ordinarius Regis, ſcripſit methodum vulnera & fracturas capitis humani curãdi, cum deſcriptionibus inſtrumentorum ad hanc curam neceſſariis. Eius opera cum figuris Anatomicis & variis inſtrumentorum formis in 26. libros diuiſa Gallicè à docto viro, pleriſque in locis recognita, & Latinitate donata, ſtudio & diligentia Iacobi Guilelmeau Regij Pariſienſis Chirurgi in fol. Pariſiis 1582. apud Gabrielem Buon. Eiuſdem de generatione hominis liber prodiit cum aliis eiuſdem argumenti. 4. Baſileæ 1586.

AMMONIVS Medicus, Chirurgus, laudatur à Celſo.

AMPHITIS medicinalium libri 4, in Lumine animæ adducuntur.

ANACREONTIS Rhizotomica in cõment. Nicandri citantur: alius videtur ab Anacreonte Teio Poeta Lyrico.

ANDREAS ALPAGVS Bellunenſis Medicus & Philoſ. multis annis in Cypro, Syria, Ægypto & aliis ad Orientem regionibus peregrinatus, Ioan. Serapionis practicã medicinalem, ex Arabica in Latinam linguam tr. Venetiis apud

tiis apud Iuntas 1550. fol. cum commentariis Serapionis de simplicibus medicamentis. idē tr. historiam Arabicam de vitis Philosophorū & Medicorum Arabum & Græcorum, vt ipse de se scribit in præfatione in glossas Auicēnæ: idem partim tr. partim emendauit ex Arabico; Auicennæ & aliorum libros aliquot, nempe de venenis, de correctione eorum, quæ accidunt in regimine sanitatis, de medicinis Principum non horribilibus, de lapidibus pretiosis. vide in Auicenna.

ANDREAS BACCII Elpidiani, de thermis libri 7. in quo opere de vniuersa aquarum natura agitur, deque differentiis omnibus ac mistionibus, cum terris, cum ignibus, cum metallis: de lacubus, fontibus, fluminibus, de balneis totius orbis & de methodo medendi per balnea, deque lauationum simul atque exercitationum institutis, in admirandis Romanorum thermis. Venetiis apud Valgrisium 1571. fol. & 1588. idem quoque quædam scripsit de Balneis Transcheri oppidi Bergomatis, quæ seorsim cum aliorū scriptis de eisdem balneis sunt exc. 4. Bergomi 1583.

ANDREAS BOORDE Anglus, ex Carthusiano monacho Medicus factus scripsit prognostica quædam: de iudiciis vrinarum. Obiit Vvintoniæ 1548.

ANDREAS BRENTIVS Patauinus, Hippocratis librum de natura hominis Latinum fecit: & eiusdem de insomniis librum cum

præfat. ad Sixtum P. M. in qua multa de insomniis differit. Venetiis 1497.

• ANDREAS CAMVTIVS Medicus in Gallia Cisalpina edidit propositiones quasdam in Philosophia & Medicina.

ANDREAS CHRISTIANVS Ripensis, vide VICTOR TRINCAVELLIVS.

• ANDREAS à CRVCE quædam Chirurgica scripsit.

ANDREAS GALLVS Tridentinus scripsit Fasces de peste, peripneumonia pestilentiali cum sputo sanguinis, ac de quibusdam symptomatis: in fasciculos quinque distributos. Brixiæ. eiusdem Commentarij ad Serenissimum Regem Maximilianum de tremore cordis M. S. & in 2. tomos distincti in Bibliotheca Imper.

ANDREAS à LACVNA Hispanus Secobiēsis philiatros, scripsit de ratione noscendæ, præcauendæ atque propulsandæ febris pestilentialis opusculum excus. Argent. apud Rihelium 1542. item Anatomicam methodum, siue de sectione humani corporis contemplationem Parisiis 1535. Galeni opera omnia (exceptis iis quæ scripta sunt in Hippocr. à Galeno) doctissimè diligentissimeque in Epitomen redegit, Venet. primum, dein Basileæ per Isingrinium excusam in fol. adiectis eodem autore Galeni vita, & de ponderibus ac mensuris libellis. eadem epitome excusa est

Lugduni

Lugduni in 16. præterea edidit epitomen omnium rerum & sententiarum quæ annotatu dignæ in commentariis Galeni in Hippocrat. extant, in elenchum alphabeticum digestam: cui accessere nonnulla Galeni enantiomata per eundem collecta. Gulielmus Rouillius excudit Lugduni. 8. 1554. item annotationes doctas & elegantes in Dioscoridem à Rouillio eodem anno excusas in 16. Dioscoridem conuertit in Hispanicam linguam & scholia addidit. obiit 1560.

ANDREAE LEMNII Medici, epistola in qua vrinæ studium & ex ea morborum præuidentiam, vt quæ sit aptior seruandæ sanitati, commendat.

ANDREAS MACOLINVS Fanestris, Medicus, edidit præceptoris sui Grabriel. Fallopij tractatum pulcerrimum de medicatis aquis, atque de fossilibus, cui duas epistolas addidit, in quarum altera ad lectorem, & huius libri inter reliqua vtilitas, & docendi modus, ac totius rei quæ in hoc opere continetur summa breuitate explicatur. Venetiis apud Ludouicum Auantium 1564. 4. chartis 52. & nuper cum reliquis Fallopij operibus Venetiis, & Francofurti apud heredes Andreæ Vuecheli, Ioannem Aubrium & Claudium Marneum.

ANDREAS Medicus quidam, qui de Plantis scripsit, citatur à Diosc & Galeno. à Plinio persæpe citatur Andreas Medic. & in schollis

Nicandri eius liber νάρθηξ idem videtur esse, ait Gesner. cuius libri de serpentibus, de quibusdam falsò creditis citantur ab Athenæo. Hic ab Eratosthene cognominatus est υποβολιμαῖος, quòd quosdam suos libros clam transcripsisset. Etymologus. citatur in quæstionibus Casšij & Carystius nominatur.

ANDREAE PLANERI Medici professoris Tubingensis, methodus inuestigandi locos affectos. 4. Tubingæ 1579. eiusdem de methodo medendi liber vnus. Basileæ apud Sebastian. Henricpetri 1583. eiusdem liber secundus. 8. ibidem 1584.

ANDREAS THVRINVS Pisciensis Medicus Apostolicus, scripsit epist. contra Matthæú Curtium Ticinensem Medicum, de vena in curatione pleuritidis incidenda, vbi impugnat hanc Curtij conclusioné: in omni pleuritide in principio, corpore existente pleno, fieri debet phlebotomia ex basilica lateris dolentis. Parisiis apud Ascensium. & rursus ad Paulum III. de curatione pleuritidis per sectionem, quod opus Lugduni impressum est 1537. Item responsiones contra Matthæum Curtium de loco incidendæ venæ in morbo costali. Bononiæ 1543. Idem scripsit de bonitate aquarum fontanę & cisternæ quę pluuialis est: præfert autem fontanam in hominum potu. Bononiæ 1541. Extat eiusdem de embrocha noua, siue Duccia artificiali, qua ad varios morbos curandos vtuntur recentiores

Medici

Medici Florentini, dissertatio. Eiusdem opera edita sunt Romæ 1545. fol. chartis 80. sunt autem hæc: Diuersorum doctorum virorum epistolæ hos Thurini libros approbantium: & operis dedicatio ad Paulum III. P. M. in qua singulorum ratio redditur per authorem. Epistola ad Matthæum Curtium de loco incidendæ venæ in pleuritide. Liber de eodem contra aduersarium & Brissot & Manardum. Responsiones ad libellum Matthæi Curtij de eodem. de noua embrocha contra Medicos Florentinos, credentes se irrigationibus quibusdam artificialibus, naturales & sponte natas aquas imitari. de causis dierum Criticorum contra Hieronymum Fracastorium, qui non in naturam, sed humorem melancholicum dierum istorum causam libro edito retulit. De bonitate aquarum fontium & cisternæ: præfert autem fontanam, vt & Simon Portius in epistola his libris præfixa. An in fluxu muliebri & sanguinis aquosi tenuis superflui menstrualis, competant verè prouocantia vrinam. An in omni febre putrida competat phlebotomia, contra vulgus Medicorum in omni febre siue frigida siue calida venam incidentiū. Epistola ad Clementem VII. de cœna & prandio, Dino Florentino authore. Andreæ Thurini disceptatiuncula Medica aduersus opinionem Matthæi Curtij de cœna & prandio. Parisiis.

• ANDREAS VESALIVS Bruxellēsis, Medi-

çus Cæsareus Anatomicorum princeps scripsit paraphrasin in librum 9. Rasis ad regem Almansorem, de affectuum singularum corporis partium curatione. Basileæ apud Robert. Vvinter 1537. Item epistolam qua docet venam axillarem dextri cubiti in dolore laterali secandam, ibidem 1539. prætereà scripsit de humani corporis fabrica lib. 7. cum elegantissimis figuris, Basileæ in officina Ioann. Oporini 1543. folio, & anno 1555. ab authore recognitos ibidem chartis 223. Epitomen suorum de humani corporis fabrica librorum ab eodem excusam Latinè & Germanicè in folio cum figuris. Epistolam qua docet rationem propinandi radicis Chynæ decocti. Basileæ ibidem 1546. & Lugduni 1547. in 16. tractantur in ea epistola anatomica multa, etsi titulus non promittat. emendauit etiam translationem Anatomicorum aliquot Galeni librorum, qui cum cæteris Galeni operibus excusi sunt Venetiis & Basileæ. eiusdem libri 7. Anatomici excusi sunt quoque Venetiis apud Franciscum Franciscium in folio 1568. & Lugduni in 16. sine figuris. Chirurgia magna eiusdem à Prospero Borgarutio recognita, emendata ac in lucem edita est 1569. eius Anatomia Germanicè cum figuris in folio Norimbergæ 1551. morbo repentino obiit cùm Palæstinam inuisere vellet, circa Zazynthum insulam, annos natus 50. anno Domini 1564. mense Octobri.

ANDROMACHI Medici Neronis ſcripta Galenus in libris de compoſitione medic. & aliis locis citat. & aliquando paginas integras ex eius libris deſcribit. inter cæteros autem nominat librum de medicamentis compoſitis ad affectus extrinſecos. apud Aetium cyphoides medicamen quoq. ad hunc autorem refertur.

ANGELINVS quidam ſcripſit in Medicina volumen aureum, teſte Champegio.

ANGELVS BOLOGNINVS Chirurgiam ex Auicenna publicè docuit Bononiæ, & libros 2. ſcripſit de cura vlcerum exteriorum, & de vnguentis cõmunibus in ſolutione continui. Baſileæ 1536. & Tiguri apud Geſneros fratres in opere Chirurgico. idem ſcripſit de lue venerea.

ANGELVS de GYRA ſcripſit de gradibus Medicinæ.

ANTONIVS BAVERIA, ſcripſit conſilia medicinalia, ex quibus quædam de thermis, Iuntæ impreſſerunt 1553. cum lib. diuerſorum autorum de Balneis.

• ANTONIVS BENIVENIVS, de abditis nonnullis ac mirandis morborum & ſanationum cauſis ſcripſit librum. Baſileæ apud Cratandrum an. D. 1529 vnà cum Scribonij Largi compoſitionib. medicis. Liber de abditis &c. eſt excuſus quoque Florentiæ 1507.

• ANTONIVS BVSENNIVS Bredanus commentarios ſcripſit in Galenum de inęquali intemperię, Antuerpiæ 1553.

ANTONIVS CASTOR Medicus, citatur à Plinio, qui in 21.22.23.24.25.26.& 27. Naturalis historiæ multa ex eo descripsit.

ANTONIVS CERMISONVS, Medicus, præceptor Sauonarolæ, scripsit Consiliorum lib.1. & de Vrinis.

ANTONII CHALMETEI Vergesacis Chirurgicum Enchiridion, externorum morborum remedia tum vniuersalia tum particularia breuissimè complectens. Eiusdem morbi venerei curandi methodus probatissima.

ANTONIVS EPICVREVS citatur à Galeno in lib. de dignotione, & cura propriorum affectuum.

ANTONIVS FAVENTINVS Medicus, Aphorismos Hipp. carmine reddidit.

ANTONII FORNENISII Perrotini M. Allobrogis de peste curãda liber, Basileæ.4.1583.

ANTONIVS FARTOLVS Ioseriẽsis, Galeni cõmentarios tr. de dissectione venarũ, arteriarum & neruorũ, stylo satis elegãti. Basil.1529.

ANTONII FRANCANCIANI Bononiæ pfessoris, Tractat9 de lue venerea, impressus Venet. cum Gab Fallopij tractatu de eod. morbo.

ANTONIVS FVMANELLVS Veronẽsis M. scripsit omnium febrium & dignoscendarũ & curandarum absolutã methodum. item Consilium Chirurgicum, de caluariæ fractura, pectoris atq; pulmonis vulnere, ac inflammatione, historiã & curandi rationem p vrinæ reddendę difficultate & angustia. Itẽ, an mineralis

aqua

aqua vrinæ conueniat difficultati, in quibus omnibus totius artis medicæ vniuersalia ad particularem exercitationem, summo candidatorum vsu deducuntur. præterea de balnei ferrati facultatibus, ferrique natura, de balneis aquæ simplicis, omnia cum præfat. Hieron. Gemusæi, impressa Basileæ in officin. Ioannis Oporini 1542 Eiusdem liber de balneorum aquæ ferratæ facultatibus, præsertim Calderianæ, ab authore emendatus quibusdam etiam adiectis impressus est Venet. apud Iuntas 1553. cum aliorum scriptis de balneis. Eiusdem de compositione medicamentorum generis cuiusq; ad morbos diuersos liber. Item de pestis curatione liber. Venetiis apud Hieron. Scotum 1548. Eiusdē varia opera ad profligandos morbos conducentia edita sunt Tiguri fol. apud Gesneros fratres 1557. nempe eadem quę Parisiis à Morelio: sunt autem hęc de vita & moribus Galeni, de senum regimine siue salubri victu, de balneis, de vino, de Rosarum facultatibus, de compositione medicamentorum, de febribus curandis, de pestis curatione, de lepra & elephant. de rheumate, de capitis vstione, de caluariæ fractura, vitiisque pectoris & pulmonis, de ventriculi affectibus, de recrementis, de sanguinis reiectione, pulsus intermissione, sonitu & grauedine in imo pectore, de vitiis in pene & vesica, de remouēda sterilitate, de totius corporis viriū imbecillitate, de calculo & variis eius generis morbis.

ANTONIVS GAIZO scripsit de somno & eius necessitate, libellum chartarum ferè 4. impressum cum libro Constantini Africani.

ANTONII GALATHEI M. Itali doctè quædam & eleganter scripsisse fertur, quæ an publicata sint ignoratur.

ANTONII GALLI de ligno sancto nó permiscendo, item in imperitos fucatosque Medicos libri simul excusi Parisiis apud Cholinæum 1540. Idé promiserat libros de Anima, dialogos de risu, ac plerosque alios, de re sepla siaria: quæ vide an sint edita.

ANTONIVS GAZIVS Patauinus, Medicus, scripsit librum de Sanitate tuenda, quem Coronam floridam vocauit. Liber constat capitibus trecentis, exc. Lugduni 1514. Item libellum, Quo medicamentorum genere purgationes fieri debeant. Henric. Petri Basil. in fol. cum aliis quibusdá 1541. floruit ann. 1504. Eius Ærarium sanitatis, Item de Vino & Ceruisia tractatio Antuerpiæ exc. 1546.

ANTONIVS GAYNERVS, Papiensis, M. scripsit de ęgritudine stomachi lib. 1. de febrib. lib. 1. de ægritudinib. in generali lib. 1. de pleuresi lib. 1. de passionibus calculi lib. 1. in tertium Auicennæ lib. 1. de ægritudinibus capitis, de peste, de venenis, de matricis ægritudinibus, de balneis, de ægritud. iuncturarũ, Antidotarium, impressa Lugduni cum additionibus Ioan. Falconis. Eiusdẽ de balneis Aquæ ciuitatis antiquissimæ liber, excus. Venetiis apud

pud Iuntas, cum aliorum scriptis de balneis. Claruit 1440.

ANTONIVS de GRADIS vel GARALDIS, scripsit tractatum de febribus. Item in nonum Almansoris, Consilia medica, de Balneis Patauinis librũ impressum Venet. cum aliis auth. de Balneis.

ANTONIVS KLVMPIVS Physicus Vberlingensis, de peste Britannica libellum scripsisse fertur.

ANTONII LVDOVICI Medici Vlyssiponensis quędam opera in Medicina extant, impressa Vlyssiponæ 1540. Item eiusdem libri 5. de occultis proprietatib. Problematum lib. 5. idem scripsit eleganter de pudore.

ANTONII MARIAE VENVSTI Tergestinorũ Medici, Consilia medica: in quib. vera quædam consultandi methodus proponitur, multi morbi cum suis causis & signis considerantur, multæ & arduæ quæstiones medicæ pertractantur. Venetiis 1571.

ANTONII de METI Perioche septem Galeni lib. methodi in 16.

ANTONIVS MIZALDVS edidit Æsculapij & Vraniæ Medicum simul & Astronomicum ex colloquio coniugium, Lugduni exc. Ioan. Tornæsius 1550. Planetologiam rebus Astronomicis, Medicis & Philosophicis refertam, Lugduni exc. Matthias Bonhomme 1552. Memorabilium naturæ arcanorũ syluulam, Lutetiæ apud Iacob Kerner 1554. Hortũ auxiliarẽ Lutetiæ 1565. in 8. De naturæ arcanis lib. 4.

ibidem 1558. in 16. Annot. in 3. Galen. librum de diebus Decretoriis. Aphorismorum Hippocratis sectiones 7. in totidem classes iuxta communes Medicinæ locos digessit, & annotationibus breuibus illustrauit. Scholia in Galen. librum de infirmorum decubitu ex astrologica sententia: cui Hipp. liber eiusdem plane methodi socius alter additur: & tertius insuper Mercurij Trismegisti. Seleniacum seu medicum de Luna opusculum, centum morborum ac remediorum Aphorismis concinnatum. Conciliatio Medic. & Astrol. in controuersia dierum Decretoriorum. Rerum agri secreta pauperibus æquè ac diuitibus iucunda ac vtilia, Lutetiæ 1560. in 8. Historia hortensium quatuor opusculis contexta, & nunc primùm illustrata. 8. Colon. 1576. Eiusdem centuriæ 9. memorabilium in Aphorismos arcanorum omnis generis locupletes perpulchrè digestæ. accessit appendix nonnullorum secretorum experimentorum antidotorumque contra varios morbos, item Harmonia cœlestium corporum & humanorum dialogis II. Astronomicè & Medicè demonstrata. Francfurti apud Ioan. Vvechelum 1589. in 16.

ANTONIVS MVSA, qui tempore Augusti Cæsaris claruit, scripsit de herbæ Betonicæ remediis 47. ad M. Agrippam libellum, restitutum per Gabr. Humelbergium, & commentariis illustratum Froschouerus Tiguri exc. cum L. Apulei lib. de Medicam. Herbarũ.

Eius.

Eiusdem de bona valetudine conseruanda instructio ad Mœcenatem suum, Norimbergæ 1538. cum aliis quibusdam.

ANTONIVS MVSA BRASSAVOLVS Ferrariēsis scripsit Examen omnium simplicium medicamentorum Romæ 1536. dein Lugdun. Item in octo lib. Aphoris. Hipp. & Galeni expositionem, commētaria & annótationes. Opus excus. Basileæ in officin. Froben. fol. 1542. scripsit idē de syrupis librum, Lugduni 1540. per dialogum inter ipsum Antonium & pharmacopolam senem. scripsit præterea de cœna & prandio, de temperie Ferrariensis aëris, Cōmentaria in Prognostica, in libros de ratione Victus in morbis acutis, in lib. Epidemiorum, de simplicibus medicam. de pilulis, de medicamentis catharticis, de Electuariis non soluentibus, de collyriis, pulueribus, oleis, ceratis vnguentis, emplastris, trochiscis, linctibus vel eclegmatibus, aquis, infusionibus, de decoctionibus De propriis medicamētis humores educentibus tam simplicibus quàm compositis & de eorundem præbendorum modò ac dosi. liber impressus Tiguri apud Gesneros fratres 8. 1555. chartis 37. Index copiosissimus in Galeni opera ex secunda Iuntarum editione, Venetiis 1551. Examen eius omnium electuariorum, puluerum, & confectionum catharticarum Vincent. Valgrisius exc. Venetiis 1548. octer. 9. Examen omnium trochiscorū, vnguentorum, ceratorum, emplastrorum, ca-

taplasmatum, collyriorum, quorum Ferrariæ vsus est, impressum est Venet. apud Iuntas 1551. & Lugduni in 16. apud Seb. Honoratum. Eiusdem quoque examen omnium Looch, puluerum, aquarum, decoctionum, oleorum, quorum apud Ferrarienses vsus est: vbi de lue Venerea etiam diligentissimè copioseque tractatur, Venetiis exc. Iuntæ 1553. octern. 37. & dimidio.

ANTONII RABERII tabulæ in Galeni libros de Sanitate tuenda excusæ sunt Basil. à Ioan. Oporino.

ANTONIVS SAPORTA, Decanus Vniuersitatis Monspeliensis; vir doctissimus, multa scripsit quæ nondum extant. De Cura tumorum præter naturam, de cura vlcerum & vulnerum, & alia.

ANTONIVS SNEBERGERVS Tigurinus, Medicus, scripsit catalogum Plantarum Latino Germanico Polonicum De Remediis particularibus contra pestem. Eiusdem medicamentorum facilè parabilium aduersus omnis generis articulorum dolores enumeratio; item de multiplici Salis vsu liber. (prodiit hic separatim Cracouiæ 1562.) addita est Nuptialis narratio prima, cum Fernelij consilio pro Epileptico. 8. Francfurti apud Andream Vvechelum 1581. chartis 18. Claruit in Polonia Cracouiæ circa annum 1570.

ANTONIVS STVPANVS Rhæticus auxit Dispensatorium medicamentorum compositorum

torum Nicolai. Lugduni 1543. 16. apud Frellonios, Obiit peste Basileæ 1551.

ANTONIVS VACCA scripsit in Auicennã teste M. Gatinaria.

ANTONIVS VALETIVS M. Iacobi Hollerij de morbis internis libros 2. de febribus, de peste, de remediis κατὰ τόπους in Galen. libros, &c. edidit, cum suis in eosdem libros exercitationibus Parisiis 1571. Lugduni 1578. in 8. Francfurti apud Ioan. Vvechel. in 16. 1589.

ANTONIVS ZENO Policola, Venetus, scripsit librum de Natura humana, & de Embryo ad Senatum populumque Venetum, Venetiis 1491. Item lib. 7. planetarum nominibus inscriptos, de reliquis humanæ vitæ ætatibus.

ANTILLI multa fragmenta passim in libris Æginetæ proferuntur, nempe de insolatione, operimento arenæ, aliisque fomentis, quomodo incidenda vena, de incisionis magnitudine, de figura diuisionis, de cucurbitulis, de purgatione, chirurgia euersionũ genarum, de dysenteria. Eius fragmenta aliquot leguntur apud Ioan. Stobæum Serm. 99 de Sanitate inscripto: videlicet de discrimine aeris secundùm diei partes, de differentiis in ipso aere, de differentiis quæ habentur in singulis anni partibus, de locis & differentia aeris secundùm ipsos, de quatuor auxiliorum generibus, de aeris differentiis, & rursus de iisdem iuxta partes mensium.

ANVTIVS FOESIVS Mediomatricus M. fecit Pharmacopœam omnium medicamentorum quæ hodie Officinis in vsu sunt, excusam in 8. Eiusdem Oeconomia Hippocratis, Alphabeti serie distincta, excusa est Francfurti apud heredes Andreæ Vvecheli fol. 1588.

APHRODAM Medicum Galenus citat, in lib. secundo de Antidotis.

APOLLODORVS Citiensis Medicus, à Plinio, Dioscoride, Galeno & aliis citatur.

APOLLODORVS Tarentinus M. citatur à Plinio, Galen. Diosc. Alexandro.

APOLLONII Antiocheni M. duo hoc nomine fuêre, pater & filius, hos Galen. Empiricos nominat. Cels⁹ inter Chirurgos nominat.

APOLLONIVS Erdfordensis M. nonnulla scripsisse fertur.

APOLLONIVS Herophili sectator in primo parabilium pharmacorum citatur à Galeno in lib. de comp. secũdùm loc. Volaterranus ait hunc de vnguentis scripsisse.

APOLLONIVS MEMPHITES citatur ab Aetio. Idem Apollonij collyrium ad carbunculos recenset nõ addito Memphitis nomine. videndum an sit Apollonius Herophili. Ex scholiis in Nicandri Theriaca apparet hunc aliquid de plantis scripsisse.

APOLLONII MENABENI Medici Insubris tractatus de Alce animali, & eius in Medicina vsu. 8. Coloniæ apud Maternum Cholinum 1581. chartis 6.

APOL-

APOLLONIVS ALYS allegatur apud Galenum in 2. lib. de Antidotis.

APOLLONIVS Pergamenus nominatur apud M. Varronem lib. 1. c. 1. inter Plantarũ & Agriculturæ scriptores. ex eo multa transcripsit Plin. vt ipse in autorum catalogo fatetur.

APOLLONIVS Pitanæus M. citatur à Plinio 29. & 30. Nat. hist.

APPION GRAMMATICVS Polybistor appellatus apud Gellium, & à Plinio Cymbalum mundi, scripsit de Metallica medicina. ex hoc multa transcripsit Plinius.

ARATVS SOLENSIS è Cilicia scripsit in Medicina quę ad compositioné Theriacorum pertinent, & Anatomen ad Pausaniam Macedonem. floruit Olympiade 124.

ARCHANVS quidam Chymiæ autor citatur ab Hortulano Philosopho.

ARCHANGELI PICCOLHOMINII Ferrariensis, Anatomicæ prælectiones explicantes mirificam corporis humani fabricam, & quæ animæ vires, quibus corporis partibus, tanquam instrumentis, ad suas obeundas actiones vtátur. fol. Romę 1586. ex Officina Bartholo. Bonfadini, ternionibus 35 cum duernione. pollicetur in pręfat. Pręlectiones practicas.

ARCHIDEMI Medici scripta citátur apud Plinium, in lib. 12. 13. 29. & 35.

ARCHIGENES Philippi, Apameus, Syriæ M. qui Romæ sub Traiano vixit, scripsit multa tum Medica tum Physica, cuius scripta hinc

apud Galenum, Aetium & alios citantur.

ARCHIGENIS & Philagrij de renum calculo fragmentum extat in Bibl. R. Galliæ.

ARETAEI Cappadocis M. de acutorum ac diuturnorum morborum causis ac signis lib. 4. & de curatione eorundem lib. totidem excusi sunt Parisiis Græcè apud Turnebũ 1554. in octavo & apud Henricum Stephanum Latinè cum aliis fol. 1567. Iidem libri Iunio Paulo Crasso interp. exc. sunt Parisiis apud Guil. Morellũ, & Iacob Puteanũ, additis etiá iis Aretæi capitib. quę Crassus nõ vertit, in 16. cũ Rufi scriptis. Eiusdem libri M S. extant Augustæ Vindelicorum, & in Bibl. Reginæ Gallorum.

ARISTAEVS in Turba, citatur ab Hortulano inter Chymicos auctores.

ARISTOGENES THASIVS, M. scripsit ad Antigonũ Macedoniæ Regẽ lib. in Medicina cóplures. Suidas. Huius scripta citantur apud Plin. qui in 33. 34. & 5. Nat. hist. libris, multa ex eius lucubrationibus mutuatus est.

ARISTOGITON Medicus citatur apud Plinium in lib. 26. vbi mentionem facit Anonymi herbæ Scythicæ, quæ ab eo celebratur.

ARISTOTELIS Stagiritę Philosophi extát libri de plantis & passim in quibusdam suis operibus ea habet, quibus Physiologiam suam Medici illustrant maximè.

ARLVNVS quidam, de faciliori alimento & balneis scripsit librum impressum Basil. apud Isingrinum.

ARNOL-

ARNOLDVS de VILLA NOVA, natione Gallus, Prouincialis, vel vt alij volunt, Catalanus; scripsit Speculum Medicinę, de humido radicali, de intentionibus diuersis Medicorum, de regimine sanitatis opus, quod Magninus Mediolanensis sibi vendicauit: de regimine sanitatis regis Arragoniæ, de conseruanda iuuentute, & retardanda senectute: de consideratio-nibus operis medicinæ, de phlebotomia: parabolas meditationis, quæ alio nomine à Medicis appellantur Regulæ seu Canones generales curationis morborũ: de tabulis generalibus, quę Medicum informant specialiter, cùm ignoratur ægritudo: de Aphorismis, de parte operatiua, de regimine castra sequentium, de regimine sanitatis Salernitanæ (hic liber separatim prodiit vt alibi, sic Francf. apud heredes Christiani Egenolphi 1573. & Lugdu. 16. apud Ioan. Lertout 1577.) Breuiariũ practicæ, cũ capitulo generali de Vrinis, & tractatu de omnibus febribus, Practicam summariam seu Regimen ad instantiam Papæ Clem. de modo pręparandi cibos & potus infirmorum in ægritudine acuta, compendium regiminis acutorum, regimen quartanæ, de cura febris hecticę, regimen podagrę: de sterilitate tam ex parte viri, quàm mulieris: de conceptione, de signis leprosorũ, de bonitate memoriæ, de amore erotico, de maleficiis, de cautelis Medicorum, de venenis, de arte cognoscendi venena, de dosibus Theriacalibus, de Medicinarum

graduationibus Aphorismos, de ornatu mulierum, de simplicibus medicamentis, de decoratione, commentarium super suis parabolis, de coitu, de conferentibus & nocentibus principalibus membris nostri corporis, de vinis, de aquis laxatiuis librum, de antidotis, repetitioné super canone Vita breuis, tabulam super eodé, expositionem super Aphorismo, In morbis minùs periclitantur, & super Comment. Galen. in eundé. Comment. super textu Galen. de mala cóplexione diuersa, super eodem quæstiones: de febribus regulas generales. Epistolam super Alchimia ad Regem Neapolitanum, Rosarium philosophorum. quidá ei adscripserunt tractatum de quercu & partibus eius, scilicet folio, visco, cupulis, glandibus & gallis. Vertit Hipp. librum de lege, ex Græco in Latinum, quæ versio habetur in Articella medicorum barbarorum. Quod autem non omnia præscripta opera sint Arnoldi, patet in tractatu de Bonitate memoriæ. Herbarium quoque constat non esse Arnoldi, quia citatur in eo. Hęc impressa sunt vno libro Lugduni 1504. & opera ipsius Medica prodierunt Basileę ex officina Conradi Vvaldkirchij folio 1585. cum annotationibus Nicolai Taurelli. Edidit quoq; Antidotú contra venenum effusum per fratrem Martinum, &c. Lectura eius super primá fen primi, cú multis quęstionib⁹. extat apud Matthæum Dresserú. Eius tractat. de pręparatione & vsu vinorú, Germanicè in 4. Vien-

Viennæ 1512. fertur Genuæ sepultus.

ASCANII SCHRATENBERGII de indicationibus curatiuis lib. 10. lógè vtiles omnibus qui artem Medicam profiteri volunt. Brixiæ apud Vincent. Sabiensem in 8. 1569.

ASFALIA Chymię scriptor, citatur à seniore Hamuelis filio.

ASCLEPIADES Prusiensis, Medicus, hic, Plinio teste, ætate Pompei Magni Rhetoricæ magister nec satis in ea arte quæstuosus, ad Medicinam se conuertit, & ad Mithridatem volumina quædam scripsit, cùm solicitatus ex vrbe Roma præcepta pro se mitteret. Scripsit etiam de musto dando volumen ab eo cognominatum, de quo postea innumeri disseruêre, vt idem testatur lib. 23. cap. 1. Huius scriptis in pluribus libris Plinius vsus est. A Galeno etiã eius scripta in lib. 2. de Antidotis, & in libris de composit. medic. frequenter allegantur: & libri nominantur de Alopecia, Exteriorum quintus, Internorum secundus. Memorat autem Galenus duos Asclepiadas, qui post Antonium Musam scripserunt de Pharmacis, & eos post Andromachum natos ait. Idem Asclepiadis Pharmacionis scripta citat. Idem *τάμιειον τοῦ Ἀσκληπιάδου* commemorat, libri, vt videtur nomen, scripti de medicamentis simplicibus. Aetius quoque adducit Asclepiadis epithemata ad capitis dolores, Collyria, Remedia ad aphthas, Cataplasmatum librum, Epulotica vlcerum vteri.

ASSIDVVS quidam Chymiæ scriptor citatur ab Hortulano.

ATHENAEVS ATTALEVS Medicus insignis, vt eo nemo inter recentiores Medicos, omnem adeo medicinæ rationẽ memoriæ prodidisse meliùs à Galeno referatur. sæpe enim illius meminit, præcipuè tamen lib. 2. de Causis sympt. & lib. de Elementis.

ATHENAEI paraphrasin in Alexipharmaca Nicandri Græcam Venetiis habuit Diego Hurtadus.

ATHONIVS Chymiæ scriptor citatur ab Hortulano, quandoque simpliciter, quandoq; Anthonius in Turba.

ATTALVM Medicũ Galen. citat in opere de composit. secundũ genera. item Plin. lib. 33.

AVERROES Cordubensis Medicus, Commentator dictus, scripsit opus Medicum Colliget dictũ, quod extat Venet. excusum 1469. ex castigatione Hieron. Suriani. Commẽtatus est quoque in Cantica Auicennæ.

AVGERII FERRERII, Tolosatis Medici, de pudenda graui lue Hispanica lib. 2. Castigationes practicæ eiusdem, & vera medendi Methodus duobus lib. cõprehensa 8. Lugduni 1574. scripsit idẽ de diebus decretoriis secundũ Pythagoricã obseruationẽ. Lugduni 1541. in 16. vide an vocetur AVGVSTINVS FERRERIVS.

AVGVSTINVS GADALDINVS Mutinensis, in Galeni opera latina præfatus est, ac plurimos libros Galeni à diuersis interpr. Latinè factos

factos cum Græcis collatos recognouit in Iuntarum editione, Venet. 1551. in fol. quosdam etiam ipse transtulit, vt sunt, Fragmentum exiguum ac mendosum quod Galeno adscribitur, cui titul. est, Sermo aduersus Empiricos Medicos, Græcè adhuc non impressum. De Musculorum dissectione liber in Græcis & Latinis codicibus hactenus desideratus, de Neruorum dissectione liber integer, qui antehac mutilus habebatur, de Vocalium instrumentorum dissectione fragmentum, in Græcis codicibus hactenus desideratum. Fragmentum ex Comment. quos Galen. inscripserat, de iis quæ Medicè dicta sunt in Platonis Timæo, nuper inuentũ. de marasmo seu marcore liber. de Typis, de dignotione ex insomniis. de ponderib. & mẽsuris, liber falsò Galen. adscriptus. itẽ Oribasij lib. de Cucurbitulis, scarificatione, hirudinib. deriuatione & reuulsione. de vinis ex Galen. est autẽ caput 6. lib. 5. Collectionũ Medicinaliũ Oribasij. dein etiam tr. ex Oribasio quæcũq; de aquis & balneis in eius lib. extát, atq; ea Iuntæ impress. Venet. 1553. in opere de balneis tr. etiá lib. 1. Therapeuticorũ ad Glauconem cum Stephani Atheniensis Philosophi explanat. Recognouit etiá in Galen. operũ editione secũda, lib. primę & tertię classis: & præter hos artẽ Medicá Leoniceno interp. de different. & causis morborũ & symptomatum libros. de simpl. medic. facult. lib. de cópposit. medic. s.l. lib. de cóposit. Medic. secundũ genera,

de curandi ratione per sanguinis missionem, de medẽdi method. de arte Curatiua ad Glauconem. Cõment. in lib. Hipp. de victus ratione in morbis acutis. Cõment. in Aphoris. Hippoc.

AVGVSTINVS NIPHVS Philotheus Suessanus, scripsit de lue Venerea Neapoli 1534. de diebus Criticis seu decretoriis lib. Venet. 1519.

AVGVSTINVS RICCVS Med. Lucẽsis, tr. multos Galeni libros, omnes verò ad antiqua exemplaria Græca contulit, & annot. adiecit, quæ exc. sunt Venet. 8. in Officin. Ioan. Farrei.

AVICENNA Hispalensis, Medicus Arabs insignis, scripsit librum in quo omnem medicinam cõplecti voluit, de viribus Cordis lib. 1. de Theriaca lib. 1 Canticorũ lib. 1. de Alchimia ad Assem philosophum lib. 1. Auicennæ lib. de Vrinis, Actuarius in Græcũ sermonẽ tr. Huius opera Medica Venetiis & Lugduni seorsim & vnà cũ Cõmentariis Gẽtilis, & Iacobi de partib. Auicennæ opera medicinalia, h. e. Canon, liber de medicinis cordialib. & Cãtica exc. sũt Venet. apud Iuntas 1544. im magno fol. cũ castigationib Andreæ Alpagi Philosóphi ac Medici Cl. & eiusdẽ nominũ Arabicorũ interpt. Eiusdẽ libellus de remouẽdis nocumẽtis quæ accidunt in regimine sanitatis: & tractatus de syrupo a etoso, vnà cũ Syraci Medici expositione in 2. & 3. partẽ quartæ fen primi Canonis Auic. & Ebenesi super 5. Canonũ exc. sunt ibid. in magno folio 1547 adiecto etiã libello de põderibus & mẽsuris authoris innominati.

Auicen-

Auicennæ opus de re medica in quinque voluminibus (præter finem tertij) quorum primum ante annos quingentos scriptũ fuit, extitit apud Guil. Postellium Arabicè. Tractatulus Auicennę de tinctura metallorum Francf. impressus est apud Cyriacum Iacobum in 4. 1550. cum aliis Chymicis. Auicennæ libri tertij fen secundæ quæ est de ægritudin. neruorũ, ex Hebraica Latina facta, interprete Ioan. Quinquaborreo, Parisiis apud Martinum Iuuenem. 8. 1570. Eiusdem libri tertij fen primæ tractatus quartus, in quo scribitur de ægritudinibus capitis, & noxa multa illarum in functionibus sensus & partis rectricis. ab eodem Quinquaborreo conuersus, & ad fidem Hebraici codicis correctus. Parisiis 1572. 8. Eiusdem libri Chymici vnà cum Gebri libris eiusdem argumenti à Petro Perna excusi sunt Basileæ 1572. in 8. & omnia ipsius Opera apud Heruagium Basileæ folio. Claruit. 1149.

AVRELII CORNELII CELSI Medicinę libri. 8. excusi Venet. ab Aldo 1528. ex emendat. Baptistæ Egnatij vnà cum opusculo Q. Sereni de Medicina, & Lugduni à Gryphio. ab Henrico item Stephano fol. cum aliis veteribus. item Salingiaci per Ioan. Soterem ex castigat. Ioann. Cæsarij. & Basileæ apud Oporinum 1552. folio cum Guil. Pantini comment. adiecto indice chartis 153 Rursus Lugduni apud Guil. Rouillium 1566 ex emendat. Rob. Constantini. Eiusdem epistolę duæ de re

medica, vna ad Iunium Callistum quæ aliàs Scribonio Largo tribuitur, altera ad Pullium, in principio operis Marcellij de medicamentis leguntur, sed absq; prænomine Aurelij.

AVREOLVS THEOPHRASTVS, vide THEOPHRASTVS PARACELSVS.

AZARII practica in Medicina, impressa in Italia, fortè Azaraphij legendum, huius enim practica Paulo Ritio interpr. vel correctore edita est.

AZYRATVS Chymiæ scriptor citatur ab Hortulano, & alibi Achiratus, nescio an idem autor, ait Gesnerus.

A. CAESALPINI Aretini libri 16. de Plantis in 4. Florẽtiæ apud Georg. Marescottũ 1583.

B

BACHASEVS Chymicus scriptor, citatur ab Hortulano.

BACCII BALDINI in librum Hippocratis de aere, aquis & locis commentaria. Eiusdem tractatus de Cucumeribus. 4. Florentiæ 1586.

BACCHIVS glossographus Hippocratis Erotiano teste. Bacchij Auscultationes & Compendium pulsuum citat Galen, lib, 4. de diff. pulsuum cap. 10.

BALDVINI RONSSEI Gandensis, Medici Reip. Gandanæ, libellus de magnis Hippocratis lienibus, Pliniique Stomacace ac Sceletyrbe, seu vulgò Scorbuto dicto. Antuerpiæ. & 8. Vvittebergæ 1585.

BALAEVS

BALAEVS in Turba, Chymista, citatur ab Hortulano.

BAPTISTA FIAERA Mantuanus scripsit commentar. in artem Medicinalem definitiuam Galeni, Quæstionem de attractione medicinarum solutiuarum, Solutionem argumentorum ad 4. conclusiones Martiani. Extant eiusdem quæstio de virtute mouente pulsum, quæstio de phlegmatico & bilioso febricitantibus æqualiter, de pestilentia.

BAPTISTA SARDVS scripsit quædam in pandectas Medicinæ.

BARBARI liber Medicinæ scriptus alicubi extat.

BARTHOLOMAEI cuiusdam practica extat, de experimentis ad omne genus morborum, in qua aliqua superstitiosa habētur, multa tamen quoque bona insunt, Gesnerus.

BARTHOLOMAEVS ALBANVS scripsit partē eorum quę extant de Balneis Transcheri oppidi Bergomatis. 4. Bergomi 1582.

BARTHOLOMAEVS ARGENTERIVS, Italus, ex Galeni libris in Medicinæ studiosorum gratiā multa collegit, partim excusa Florentiæ, partim edenda.

BARTHOLOMAEVS de BRVGIS, Gallus Flamingus, edidit in Aphorismos Hippocratis lib. 1. in lib. progn. lib. 1. de regimine acutorum morborum lib. 1. Symph. Campegius.

BARTHOLOMAEVS à CLIVOLO Medicus Taurinēsis, scripsit de Balneorū naturaliū

viribus lib. 4. quorum primus balneorum Aquensium historiam complectitur, secundus eorundem rectum vsum: tertius & quartus totius orbis balneorum vires complectuntur. Impressi sunt hi libri Venetiis apud Iuntas cũ variorũ autorum scriptis de Balneis 1553. & Lugduni seorsim apud Matthiã Bonhomme 1552. 4 chartis 22. & dimidia. Libro 3. de Balneis promittit libros demonstrationum in methodum medendi.

BARTHOLOMAEI EVSTACHII Medici, de renum structura, officio, & administratione, de Auditus organis, ossium examẽ, de motu capitis, de vena azygos, & de alia quæ in brachij flexu communẽ profundam producit. de Dentibus & alia Venetiis edita 1564. in 4.

• BARTHOLOMAEI MAGGII de vulnerũ sclopetorum & bombardarum curatione tractatus, Bononiæ 1552. in 4. chartis 34. & dimidia cum indice apud Bartholomęum Bonardum. & Tiguri apud Gesneros fratres cum aliis Chirurgis 1555. in folio.

BARTHOLOMAEI cuiusdam magistri in practica, in traductiones & experimenta Medicorum, &c. liber M. S. Latinè & Germanicè multa superstitiosa & magica continens, Gesnerus.

• BARTHOLOMAEVS MARANTA Venusinus Medicus, condidit methodi cognoscendorum simpliciũ medic. lib. 3. in 4. Venetiis ex officina Erasmiana 1559. chartis 24. cum dimidia.

dimidia. Commentarios quoque in Dioscoridem promisit. Epistola de Aqua ferrata prodiit Venetiis 1562.

• BARTHOLOMAEI MAYROLAE Medici Papiensis, compendiosa methodus in acutis morbis curandis.

BARTHOLOMAEVS MERLINGER, quondam Medicus Augustanus, scripsit de Infantiũ valetudine tuenda & curandis morbis librum quem Egenolphus excud. Francfurti 1531. cum Alberto de Secretis mulierum.

• BARTHOLOMAEI MONTAGNANAE, siue de monte Gnana, Medici & Chirurgi opera, impressa Venetiis apud Oct. Scotum 1497. Consilia diuersa numero 305. tractatus tres de balneis Patauinis, de compositione & dosi medicamentorum, Antidotarium. Eius libri de Balneis impressi sunt apud Iuntas Venetiis in opere de Balneis. & de composit. medic. apud Ioan. Mareschallum cum aliis eiusdem argumenti. 8. 1584.

BARTHOLOMAEI & PETRI Rostinorum Medicorum, sententiæ omnes & verba quæ in Aphorismis Hipp. continẽtur, accuratè in nouum & alphabeticũ ordinem digesta, vt quæuis in ipsis cõmemorata faciliùs & celeriùs quã antea inueniri possint.

BARTHOLOMAEI SILBER, preseruatio à lue venerea, Viennæ.

BARTHOLOMAEVS SYLVANIVS Salonensis Medic. tr. Galeni librum de const. artis

medicæ, item Definit. Medicas, quas etiam ex veterũ codicum collatione plurimis locis auxit. De atra bile. De substantia facultatum naturalium fragmentum. Quod animi mores corporis temperaturam sequãtur. De plenitudine librum. Recognouit etiam quędam ab illis translata in Galeno, in editione Iuntarũ 1551. Venetiis.

BARTHOLOMAEVS TRAHERON Anglus tr. in Anglicum sermonem Chirurgiæ Ioannis de Vigo lib. 9. Claruit 1556.

BARTHOLOMAEI ab VRBE VETERI Censura in Antidotarium Mesue.

BASSIANI LANDI, Placentini, excel. rei med. professoris Patauij, Iatrologia (quam adhuc iuuenis scripsit) siue Dialogi 2. ad Herculem Estensem secundum Ferrariæ Ducem, quibus continetur methodus ad cognoscendos & curandos morbos. Basileæ in officina Ioan. Oporini 1543. de Humana Historia lib. 2. vel de singularum hominis partiũ cognitione. Basileæ ibidem 1542. eiusdem præfatio in Aphorismos Hippocratis; libellus de vacuatione. Patauij apud Simonem Galignanũ 1552. octern. circiter 12. prætereà fertur scripsisse Commentarios in artem paruam Galeni, de origine & causa pestis Patauinæ anni 1555. confossus fuit noctu à sicariis.

BASSVS GRAECVS aliquot de Medicina libros scripsit. Volaterranus lib. 14.

BAVERIVS de BAVERIIS, scripsit Consilia

lia Meditinalia, ex quibus quædam de Balneis, Iuntæ impresserunt 1553. cum aliorum scriptis de Balneis.

BAXON CHYMICVS citatur ab Hortulano.

BENEDICTVS ARETIVS Ecclesiastes Bernésis olim, descripsit Stokhorni & Nesfi montes. Argentinæ cum operibus Cordi. & edidit incerti autoris librú de gradibus & compositionibus, opus Physicum & Medicum.

BENEDICTVS BVSTAMANTE PAZ Hispanus, Salmanticensis Doctor, Philosophus & Medicus, scripsit methodum in septé libros Aphorism. Hippocratis. Parisiis apud Martinum Iuuenem 1550. in 16.

BENEDICT. MVSINVS, Ant. Gayneri9, S. Pisaurensis, &c. omnes ferè sub Eugenio IIII. & Francisco Sfortia commentarios & practicas (vt vocant) rei medicæ reliquerunt.

BENEDICTVS de NVRSIA, scripsit de regimine sanitatis.

BENEDICTI TEXTORIS, Medici, de Cancri natura & curatione liber excus. Lugduni à Ioan. Tornæsio 1550 Eiusdem Stirpium differentiæ ex Diosc. secúdùm locos Communes, excusæ Parisiis in 16. & Argent. cum historia Stirpium Hieron. Tragi. Idem Rationé præcauendi à peste, eamq; curandi, ex sententia optimorum autorum conscripsit. Lugduni apud Ioan. Tornæsium 1551 in 8.

BENEDICTVS VICTORIVS, Fauentinus, Philos. & Medic. ac Theoricæ medicinæ pro-

fessor Bononiæ edidit in Medicina, de luis venereç curatione libellum. Basileæ apud Bebelium cum aliquot aliis eiusdem argumenti. In Hippocratis prognostica commentarios item Theoricam latitudinum medicinæ ad Galeni scopum in arte Medicinali. Florentiæ à Torrentino in folio. De lue Venerea liber cum adiuncto libro de curatione Pleuritidis per sanguinis missionem, ad Hipp. & Galeni scopum excusi sunt à Torrentino 1551. 8 eiusdem Exhortatio ad Medicum rectè sanctéq; medicari cupientem. Empirica medicatio singulorum morborum. item doctrinalis Empirica de Febribus, simul hęc excusa sunt Venetiis 1550. 8. & Parisiis eodem anno in 16 Medicinalia consilia numero 42. exc. Venet. à Vincētio Valgrisio quaternion. circiter 80. 1551 Practica Empirica secundò edita apud Valgrisiū 1554. in 8. cū Camilli Thomai meth. rationali, &c. et Trotulę curandarū ęgritudinum muliebriū libro. scripsit etiā breue compendiū de Dosib. medicinarū: q extat cum aliis eiusdē argumēti Patauij, & apud Ioan. Mareschallū in 8. 1584. de morbis curādis lib. 2. quorū alter agit de morbis capitis curādis &c. alter respirationi seruiētiū partiū. Nescio an iidē cum Empir. practica.

BENEVENVTI GRAPHEI de Ierusalem, Medici Salernitani ars probata de ægritudinibus oculorum, foliorum 5.

BERENGARIVS natione Cathalanus, scripsit in Auicennā quasdam quæstiones, & Hippocratem.

BER-

BERNARDINVS DONATVS Veronensis tr. Galeni librum de cognoscendis curandisq; animi morbis.

BERNARDINI MAFFAEI de LAVDE, problemata Chirurgica.

BERNARDINI PATERNI Salonensis librum de humorum purgatione in morborum initiis tentanda, & epistolam eiusdem quòd cœna vberior prádio esse debeat ex antiquorũ medicorum decretis, etiã in catharro, Romæ excuderũt Dorici fratres 1547. octern. 8. & dimidio. & Bernard. Albinus Spiræ Nemetũ. & 1587 Eiusdẽ ac Iulij Delphini & Andreæ Cellanouæ Medicorum Ticinensium, consilium de Balneis Aquensibus. Iuntæ excud. Venet: in opere de Balneis 1553. folio.

BERNARDINI TAVRISANI meditationes in Theriacam & Mithridaticam antidotũ. 4. Venetiis 1576.

BERNARDVS BERTRANDVS Rheginus Gallo prouincialis Galeni librũ de humoribus Latinitate donauit, & annotationes adiecit in margine: in fine libri tabellam quæ totius rei summa capita cõplectitur. Argẽt. 1558.

BERNARDI DESSENNII Cronenburgij; Defensio medicinæ veteris et rationalis, aduersus Georgij Phædronis, & sectæ Paracelsicæ rationes. item purgantiũ medicamentorũ, & pillularum in minore pondere, particularis diuisio. Coloniæ 1573. item Dispensatorium.

BERNARDVS DONATVS Veronẽsis librũ

primum Galeni de cognoscendis curandisq; animi morbis, quas perturbationes Latini appellant, in Latinam linguá transtulit.

BERNARDI GORDONII, Galli, opera excusa Venet. 1498. sunt aũt hæc: Practica dicta Liliũ medicinæ. Tractatus de 10. ingeniis curandorum morborum, de Regimine acutarũ ęgritudinũ, tractatus de Prognosticis, tract. de Vrinis, tract. de cautelis vrinarũ, libell9 de pulsibus. Eiusdem tract. de conseruatione vitę humanæ, à die natiuitatis vsque ad vltimá horam mortis, edit9 opera Ioach. Baudisij Lipsię 1570. Eius practicę de nouo accesserũt libri de phlebotomia, de conseruatione vitæ humanæ, de floribus Diætarum. 8. Lugduni 15 80.

BERCHTOLDI de SVEVIA practica medicinalis in fol. M.S. Bibl. Imp.

BERTRVTII Bononiẽsis methodus cognoscendorum morborũ tam particulariũ quàm vniuersalium. Moguntiæ 1534. cum artificiali medicatione Christoph. Heyl &c. fortè est Alphonsi Bertutij Fanẽsis. fertur aũt huius Bertrutij Pillularium, Collectorium medicinæ.

BETVS Bononiensis scripsit de causa continente, & quædam in Auicennam.

BLASII ASTARII, Papiensis Medici, opusculum de curandis febribus, ad Aben Hali super primam quarti traditum. Lugduni 1532. & Basileæ apud Henric. Petrum cum Clementij Clementini operibus.

BLASIVS HOLLERIVS, Vinariensis Medicus,

dicus, scripsit annotationes in Hippocratis Iusiurandum impressas ab Oporino Basileæ octernione vno, & in librum de Natura Humana ibidem 8 Eiusdem morborũ curandorum breuis institutio, Medicis & Chirurgis vtilis iuxtà Galeni potissimum sentẽtiam excusa Basileæ à Brylingero 1556.

• BLASII VILLAFRANCAE Hispani methodus refrigerandi ex vocato sale nitro vinum & aquá, &c. Cui accedunt varia rerũ naturalium problemata excusa Venet. circa ann. D. 1553.

BODERIVS de ratione & vsu dierũ Criticorum. Parisiis 1555.

BOLVS DEMOCRITVS Philosophus scripsit Artem medicam, quæ naturalia adiumenta continet. Suidas.

BONELLVS in Turba, inter Chymicos citatur ab Hortulano.

BONSETTVS de rat. medendi. Videndũ an sit Ferdinandi Ponzetti q. de venenis scripsit.

BONOMINVS Bergomensis Medicus scripsit de venenis lib. 1. & alia. Claruit 1301. vel vt alij 1350.

BONVS quidam, qui coætaneus Lulli fuit, scripsit de Alchymia.

BONI LOMBARDI Ferrariensis Physici, introductio in diuinam artem Chymiæ. Basileæ 1572. apud P. Pernam.

BOSCHO Alexandrinus in Antidotarium Mesue & aliorum. in fol.

• BRVDI LVSITANI Medici de rat. victus

in febribus secũdùm Hippocratẽ in genere & sigillatim lib.3.exc.sunt Venet.1554.octavo,21. & longè quã antea castigatiores Tiguri apud Gesneros fratres. 8. 1554. cum aliis in Enchiridio rei med. item Coloniæ apud Petrũ Horst.

BRVNONIS SEIDELII Querfurdensis de vsitato vrinarum apud Medicos iudicio liber Erfordiæ 1571. Idem Fallopij de Vlceribus librum emendatiorem edidit. 4. Erfurdiæ 1557. vide, Laurent. Ioubertus.

BRVNI LONGOBVRGENSIS Chirurgia magna & parua opuscula impressa cũ Chirurgicis libris Guidonis de Gaul. & aliorũ, Venetiis 1499. claruit 1008.

BVHAHYLYLA BYNGEZLA Arabs scripsit Tacuinos ægritudinũ & morborum fermè omniũ corporis humani cum cura eorundem, Argentinæ apud Ioan. Schottum 1532. in folio chartis 57. floruit sub Carolo I.

• BVICASIS liber de præparationibus medicamentorum, vide Albucasim suprà.

BVRLEVS quidam scripsit super arte veteri Lulli Hispani. Venetiis.

C

CÆLII AVRELIANI Siccẽsis lib. de morbis acutis. Lutetiæ apud Colinæum. Eiusdem Chronion, hoc est, tardarum passionum libri 5. Basileæ apud Henricpetri 1529.

• CAESARIS LANDVLPHI, Medici, de curis febrium opusculum, impressum cum practica

ctica M. Gatinariæ Lugduni 1532. & Basil. cum Clementis operib. medicis apud Henr. Petri.

CAESARIS ODONI annotatiões in Theophrastum de Plantis, cum imaginib. Herbarũ.

CAESARIS OPTATI Medici Neapolit. de Hectica febre liber. de Crisi & diebus Criticis & eorum causis opus absolutum.

CAESAR RINCIVS vnà cum aliis quibusdam scripsit synoposin cõmentariorum de peste. 8. Norimbergæ 1583.

C. CLODIVS CERVIANVS Prouincialis, Elionoræ Galliarũ Reginæ Medicus, scripsit commentarium de peste.

C. PLINIVS II. scripsit de historia mundi libros 37. qui varia doctrina referti, multa etiã sparsim de Medicina habent. Extant autem excusi Basileæ, Lugduni, Venetiis, Geneuæ Francfurti, &c.

CALID filius ISID aut SEID Chymista citatur à seniore filio Hamuel.

CALIDIS filij IAZICHI Iudęi liber secretorum Alchymiæ, impressus est Norimbergæ apud Petreium cum Gebri Arabis libris.

CALLIMACHVS & MNESTHEVS Medici apud Græcos de coronis priuatim scripsêre q́ nocerent capiti. Plinius lib. 31. c. 3. CALLIMACHVM de Trifolio scribens Nicandri interpres in Theriacis citat.

CALLISTI monachi de pulsibus, de antidotis, de emplastris, de vnguentis, de oleis. in Bibliotheca R. Galliæ Græcè.

CAMILLVS SQVARCIALVPVS Plumbēsis, Medicus, scripsit medicas definitiones in morbis & actionib. Hippocratis Aphoris. nonos. Chirurgiá, Antidotorũ castigationes, vel Galenicæ officinæ restaurationé. De venenis. Eiusdem Galeni Aphorismi grauissimi p classes digesti. de pharmacis opportunis. Harmonia medica. Conuiuium Galenianum. Præsidiorum vires. Arabum & Barbarorum tutela. de misione sanguinis contra Thadæum Dunum. In Dioscoridem & And. Matthiolum. de Hipp. Asclepiade, Archigene, Sorano, Galeno, Aetio, Ægineta, Tralliano, Celso. Tabulæ ducentæ Theoricæ, Practicæ, Physicæ, Chirurgicæ. Omnia hæc Latinè: nescio an omnia edita. Viuebat Basileæ 1545.

CAMILLVS THOMAIVS, Medic9 Rauennas, edidit rationalem methodum atq; compendiosam, ad omnes ferè morbos curandos internarum partium hominis. Parisiis 1550. in 16. apud Ioan. Foucherum. Item commentarium de febrium dignotione & curatione Venetiis 1555.

CANAMVSALI de BALDACH philosophi liber de curádis oculorũ passionibus, insuper rerum præparationibus quæ ad oculorũ medicinas faciunt, & de medicaminibus ipsorum rationabiliter terminandis, Venetiis 1499. cũ Chirurgia Guidonis de Cauliaco & aliorũ.

CANDIDI de Genitura hominis liber, olim Romæ impressus: an fortè Petri Candidi.

CAR-

CAPPHONIS modi medendi M. S. in bibl. Imperat.

CAROLVS CLVSIVS Atrebas Rei Herbariæ hoc tempore peritissimus, Dialogos Garciæ ab Horto proregis Indiæ medici de Aromatum & simpliciũ aliquot medicamentorũ apud Indos nascentium historia Latinos fecit & in epitomen contraxit. 8. Antuerpiæ apud Christian. Plantinum 1574. Eiusdem aliquot Stirpium per Hispanias obseruatarum historia lib. 2. expressa. 8. ibidem 1576. eiusdem notæ in Garciam & descriptiones quarundam plantarum exoticarum. 8. ibidem chartis 3. 1582. Nicolaum Monardum de simplicibus medicamentis occidentalibus tr. in Latinum & edidit 1574. Eiusdem itidem libellum de medicamentis noui orbis 1582. Christophori quoque à Costa de Medicamentis orientalibus librum tr. in epitomen contraxit & notis illustrauit. 8. ibidem 1582. Præterea emisit Historiam 4. libris comprehensam Rariorum aliquot stirpium per Pannoniam, Austriam & vicinas quasdam prouincias obseruatarum 8. ibidem 1583. chartis 52. tr. insuper P. Bellonij libellum de neglecta stirpium cultura è Gallico in Latinum. 8. ibidem 1589. chartis 5. cum dimidia. Dispensatorium quod Florentini conscripserunt, ex Italico Latinum fecit anno 1567. Lugduni. Vitam diuturnam, vt alia subinde subministret, ipsi bene precantur Medicinæ studiosi.

CAROLVS FIGVLVS, scripsit methodum de Herbis.

CAROLVS STEPHANVS Medicus, edidit de re hortensi libellum, Gallica herbarũ, florũ ac fruticũ qui in hortis haberi solent, nomina Latina efferre docenté in puerorũ gratiá, Lugduni. item Seminariũ siue plantariũ earũ arborum, &c. & Vinetũ &c. Eiusdem de dissectione partiũ corporis humani lib. 3. vnà cum figuris & incisionum declarationibus à Stephano Riuerio Chirurgo cõpositis Paris. 1545. apud Cholineũ in magno folio chartis 53. Eiusdem de nutrimẽtis ad Bailliũ lib 3. excud. Parisiis Robertus Steph. 1550. octern. 11. item prędium rusticũ, in quo cuiusuis soli culti vel inculti, plantarũ vocabula ac descriptiones, earumq; conseruandarũ atq; excolendarum instrumenta describuntur 1554. & Gallicè Parisiis 1570.

CASSII cuiusdam meminit Celsus lib. 4. cap. 14. qui inuentor extitit nobilis pharmaci, quod Colicum inscribitur.

CASSIVS FELIX quidã aliquoties citatur in pandectis Medicis Matthęi Syluatici. manu illius scripta adhuc extare alicubi coniicitur.

CASSII IATROSOPHISTAE problemata medica triginta tria Græcè exc. Paris. 1541. eadem ab Hadriano Iunio cõuersa Vvechelus impreßit eodem anno. vide in Geßio.

CASTVS quidam Chymię autor ab Hortulano citatur.

CHARI-

CHARITONIS cuiusdam liber de Trochiscis & pulueribus Græcè M.S. in biblioth. Regis Galliæ.

CHARIXENI MEDICAMENTA ad inflammationes aurium cum exulceratione leguntur in opere Galeni de composit. medic. secundùm locos.

CHRISTIANVS SOTER, Limothomæus, Galeni librum de dignotione & curatione affectuum in renibus Latinum reddidit.

CHRISTIERNVS MORSIANVS, Danus, fertur aliqua de plantis scripsisse, quæ vide an sint edita.

CHRISTOPHORI BALLISTAE, Parisiensis de re Medica libri 5. excusi. Concertatio in podagram versibus elegiacis. Tigurj.

CHRISTOPHORVS de BARZIZIIS, vel de HONESTIS, scripsit de cognitione & cura Febrium. Basileæ apud Henricpetri. Eiusdem introductorium siue Ianua ad omne opus practicum Medicinæ, excusum Augustæ Vindel. apud Sigis. Grym. 1518. fecit etiam expositionem in Antidotarium Mesuæ. vide an idem sit qui Christophorus de Bergomo, qui Introductorium Medicinæ, & declarationes de febribus humidis scripsit.

CHRISTOPHORI à COSTA Aromatum Orientalium Historia, opera C. Clusij Atrebatis 8. Antuerpię 1582. chartis 5. cum dimidia excusa.

CHRISTOPHORVS ENCELIVS, Saluel.

densis, scripsit de re Metallica, h. e. de origine, varietate, & natura corporum metallicorum, lapidum, gemmarum, atque aliarum quæ ex fodinis eruuntur rerum ad Medicinæ vsum deseruientium lib. 3. exc. Francfurti apud Egenolphum in 8. Idem dicitur scripsisse de piscibus & insectis aquatilibus lib. 3. Commentaria in Dioscoridem.

CHRISTOPHORVS HEYL, Vvisbadensis Medicus scripsit artificialem medicationem quæ constat paraphrasi in Galen. lib. de Côst. artis. Moguntiæ 1534. cum Bertrutio de morbis noscendis, &c. Idem tr. ex Galeno librũ de renum affectuum dignotione & medela.

CHRISTOPHORI de HONESTIS Commẽtaria in Prognostica M.S habuit Adolphus Occo. vide Christoph. de Barziziis.

CHRISTOPHORI OROSCII Castigationes interpretum Aëtij Medici, item in Æginetæ interp. Basil. apud Rob. Vvinter. Cl. 1486.

CHRISTOPH. de PERGAMO, vel Bergomo, Introductoriũ Medicin. Eiusdẽ declarationes de febr. humid. Fortè Christoph de Barziziis.

CHRISTOPHORVS RVMBAVM IAVRANVS Silesius scripsit Exercitationes quasdam de corporis humani partibus, quibus generatio, substantia, vsus, sanitas, morbus, & curatio illarum exponitur. 8. Basileæ Henricpetri 1586.

CHRISTOPHORI à VEGA Complutẽsis, liber de arte medendi. in hoc vniuersam medicinam

dicinam cōplectitur, Lugduni 1564. Commētaria in Hippocratis Prognostica. in librum de differentiis febrium Galeni comment. item in Aphorismos Hipp. Taurini in 8. 1569. & Lugduni 1570. Eiusdem item Commentarius de Vrinis. transtulit etiam Prognostica Hippocratis, & ad Galeni annotationes præter suas expositiones adiecit. Hæc omnia prodierunt Lugduni apud Guil. Rouillium fol. 1586. chartis 250.

CHRYSIPPVS GNIDIVS Medicus, nominatur à Laertio, à quo Erasistratus testatur multa se didicisse. Hic filium eiusdem nominis habuit Ptolemæi Medicum, qui calumniam passus, flagris cæsus ac supplicio affectus est.

CHRYSIPPVS, Medicus alius à superiore Erasistrati discipulus, huius quoque Laertius meminit. Plinius etiā 20. & 7. proximè sequentibus libris Chrysippum Medicum citat, & eius volumina referta herbarum mentione inquit, & lib. 20. eundem ait priuatim volumen brasicæ dicasse per singula hominis membra digestum.

CLAVDII ALBERII Triuncuriani Philosophiæ profess. Lausan. de Concordia Medic. disput. Exoterica Geneuæ Ioan. le Preux 1585.

CLAVDII CAMPESII interpretationes Aphorismorum Hippocratis, & in eosdem annotationes, quibus illustrantur euidentissimè Galeni errata. 8 Lugduni 1579.

CLAVDIVS GALENVS Pergamenus Me-

dicorum præstantissimus libros scripsit penè infinitos, quos ipse cómemorat peculiari scripto de libris propriis edito: Cæterùm opera eius quæ extant Grecè, primùm impressa sunt Venetiis ab Aldi heredibus 1525. & postea Basileæ communi opera & impensa Cratandri, Heruagij & Bebelij 1538. Tomis quinque. Complura item Galeni, separatim Græcè impressa sunt, quæ recitare longum esset. Latinè autem Galeni opera aliquoties edita sunt, sed hæ sunt celebriores editiones: Iuntarum Venetiis in folio. Victoris Trincauellij ibidem in 8. Ioan. Frellonij Lugduni, & Frobenianorum Basileæ: horum tertia & postrema editio absoluta est 1562 præfatus est in hac editione Conradus Gesnerus, & de Galeni vita eiusq; libris & interpretibus, elegantissima prolegomena præposuit: in præcedéte autem, hoc est, in secunda 1549. idem Gesnerus capitum sectionem ipse fecerat, & librorum argumentũ instar epitomes vbique præfixerat. Habentur autem in tertia editione Frobeniana hi libri Galeni, in classes digesti, vt sequitur: ISAGOGICI LIBRI. Cl. Galeni Oratio suasoria ad artes, à Ludouico Belisario Medico Mutinensi latinitate donata. Si quis optimus Medicus est, eũdem esse Philosophum liber eodem interpr. de Sophismatis in verbo contingétibus liber, ab Horatio Limano tr. Quòd Qualitates incorporeæ sint, eodem interprete diligentiùs emendatus. De propriis libris à Ioan. Fichar-

do

do Francofurtẽſe aliàs donatus latinitate, nuper verò recognitus. De ordine librorum ſuorum ab eodem olim Latinus factus, nuper recognitus. de Sectis ad eos qui introducuntur, à Ludouico Beliſario tr. nuper recognitus. de Optima ſecta liber, Iunio Paulo Craſſo Patauino interprete, ex tertia eiuſdem recognitione. de Optimo docendi genere, Deſid Eraſmo Roterodamo interprete. de Subfiguratione empirica incerto interp. Fragmentum quoddam exiguum quod Galeno aſcribitur, cuius titulus eſt, Sermo aduerſus Empiricos Medicos, Auguſtino Gadaldino Mutinenſi Medico interprete. de Conſtitutione artis Medicæ liber à Bartholomæo Syluanio tr. Definitiones Medicæ, qui liber ab eodem fuit traductus atque ex veterum Codicum collatione plurimis in locis auctus, denuò vero vetuſtis codicibus Græcis collatis, accuratiùs recognitus. Introductio ſeu Medicus, hic liber à Ioan. Andernaco Latinus olim factus eſt, nuper autẽ ex Græci exemplaris collatione pleriſque in locis expurgatus. Quomodo morbum ſimulantes ſint deprehendendi. Ioan. Fichardo interp. ab eodem recognitus. Ars Medicinalis, Nicolao Leoniceno interp. ad Græcorum veterum exemplarium fidem ab Auguſtino Gadaldino diligenter recognita. PRIMA CLASSIS. Cl. Galeni de Elementis ſecundùm Hippocratem libri 2. Nicol. Leoniceno interp. aliquibus in locis emendati: de Temperamentis

libri 3. Thoma Linacro interp. In primũ Hippocratis librum de Nat. humana Comment. à Nicolao Machello Mutinensi M. tr. & ab eodem recognitus. de Atra bile liber Bartholom. Syluanio Salonensi interp. De Optima corporis constit. liber Ferdinando Balamio Siculo interpr. ad Græcorum exempl. fidem castigatus. De bona habitudine liber eodem interprete De ossibus liber eodẽ itidem interprete. De Musculorũ dissectione, in impressis Græcis codicibus huc vsque desideratus ab August Galdaldino tr. de Neruorum dissectione lib. integer eod. interp Liber hic mutilus Grecè impressus est. De Venarum Arteriarumq; dissectione liber, ab Antonio Fortolo Loseriensi tr. & post Andreæ Vesalij & aliorum castigationem aliquot in locis castigatus. An sanguis in arteriis natura contineatur, liber à Iulio Martiano Rota tr. De Anatomicis administrationibus libri 9. à Ioan. Andernaco olim latinitate donati, & post diligentissimas Andreæ Vesalij & aliorum castigationes ad Græcorum exempl. fidem aliquibus in locis correcti. De Vocalium instrumentorum dissectione fragmentũ ab Augustino Gadaldino translatum: Græcè desideratur in impressis codicibus. De Vuluæ dissectione liber à Ioan. Bernardo Feliciano tr. De Instrumento Odoratus liber, Ludouico Belisario Medico Mutinense interprete. De Vsu partium libri 17. Nicolao Rhegino Calabro interprete, denuo ab

August.

August. Gadaldino plerisque in locis emendati, de vtilitate Respirationis liber Iano Cornario interprete, de Causis Respirationis libellus, ex duobus fortasse, quos Galenus com posuit excerptus, eodem Cornario interprete. De Vsu Pulsuum Th. Linacro interpret. De Substantia facultatum Naturalium Augmentum, Bartholomæo Syluanio interpr. Breuis denotatio dogmatum Hippocratis ex sermone 99. Ioan. Stobæi, Conrado Gesnero interprete. De Hippocratis & Platonis decretis libri 9. Ioan. Bernard. Feliciano interp. Fragmẽtum ex 4. Commentariis, quos Galen. inscripserat, de iis quæ Medicè dicta sunt in Platonis Timæo, ab August. Gadaldino tr. Græcè in impressis codicib. desideratur. De Natural. facultatib. libri 3. Th. Linacro interp. De Motu Musculorum libri 2. Nicol. Leoniceno interp. De motu Thoracis & pulmonis, fragmentum fortassis corporis librorum quos Galenus de hac re composuit, quod in antiquis tantummodo translationibus legitur: nam Græcè nõ habetur. Quod animi mores corporis temperaturam sequantur liber Barth. Syluanio interp. De Fœtuum formatione liber Ioan. Bernardo Feliciano interp. An omnes particulæ animalis, quod in vtero est, fiant simul, Nicol. Rhegino interp. Græcũ exẽplar non habetur. An animal sit id quod in vtero est, Horatio Limano interprete. De Semine libri 2. à Ioanne Bernard. Feliciano tr. De Septimestri partu

eodem Ioan. Bernard. interp. SECVNDAE CLASSIS. Hippocratis de Aere, Aquis & Locis liber Ioan. Cornario interp. ad Græcorum exemplarium fidem ab Hieronymo Donzellino Brixiense Medico summa diligentia recognitus. Galeni de alimẽtorum facultatibus libri 3. Martino Gregorio interp. ad exemplarium Græcorum fidem denuo diligentiùs emendati. de succorum bonitate & vitio liber à Iulio Alexandrino Tridentino tr. in librum de salubri diæta Commentarius, Hermanno Cruserio Campensi interpr. ad Græcorum exemplarium fidem recognitus. de attenuante diȩta liber Martino Gregorio interprete. de Ptissana liber ab Hieronymo Donzellino trãslatus. de paruæ pilæ exercitio liber Valerio Centanio Vincentino interp. De cognoscẽdis curandisque animi morbis quas perturbationes Latini appellant liber, Bernardino Donato Veronensi interprete. de cuiusque animi peccatorum notitia atque medela libellus à Iunio Paulo Crasso tr. & ab eodem denuo recognitus. de Consuetudine liber Nicol. Rhegino interprete, nuper ex veteri exemplari Græco emendatus, & plurimum auctus. de Sanitate tuenda lib. 6. Th. Linacro interprete, ad antiquorum exemplarium græcorum fidẽ ab Hieron. Donzellino recogniti. Ars tuendæ sanitatis, num ad Medicinalem artem spectet, an ad exercitationẽ ad Thrasybulum liber, à Iunio Paulo Crasso tr. & ab eodem diligentis-

simè

sime denuò recognitus. TERTIA CLASSIS. Galeni de differentiis & causis morborum & symptomatũ libri sex, quorum duo priores à Nicol. Leoniceno, 4. posteriores à Th. Linacrò olim sunt versi, & nuper ab August. Gadaldino ad Græcorum exemplarium fidem plerisque in locis emendati. de differẽtiis Febrium libri duo, Nicol. Leoniceno interprete de inæquali temperie liber, Th. Linacro interpr. de Marasino siue marcore liber. Augustino Gadaldino interp. de Comate secundùm Hippocratẽ commentariolus, per Dominicum Montesaurum M. Veronensem ex Græco exemplari & antiqua versione restitutus, de palpitatione, tremore, rigore, & conuulsione liber Ioan. Guint. Andernaco interp. aliquot in locis castigatus. de difficultate Respirationis libri 3. Iano Cornario interp. ab Augustino Gadaldino ex collatione Græcorum codicum plerisque in locis correcti. de plenitudine liber à Barthol. Syluanio tr. & ad vetustissimi codicis Greci fidem, quibusdam in locis restitutus: de Tumoribus præter naturam liber ab Horatio Limano conuersus. de Morborũ temporibus liber, Ioan. G. Andernaco interp. aliquibus in locis emendatus. de totius morbi tẽporibus liber, eodem interp. aliquot in locis correctus. de Typis ab Augustin. Gadaldino antiquorũ exempl. Grecorũ & veteris trãslationis ope tr. Ad eos qui de Typis scripserũt vel de circuitibus liber, Ioan. G. Andernaco interpr. de

Causis procatarcticis liber, Nicolao Rhegino Calabro interpr. Græce desideratur. In primum Hippocratis de morbis vulgaribus lib. Commentarij 3. Hermanno Crusterio Campensi interp. plerisque in locis castigati. Principium à Nicolao Machello M. Mutinensi latinitate est donatũ. in 3. Hipp. librũ de morbis vulgarib. Cõment. 3. eod. Cruserio interp. pridẽ ad fidẽ antiquissimorũ Codicũ Græcorum diligẽtiùs recogniti. in 6. Hipp. lib. de Morbis vulgarib. Cõmentarij 6. Iunio Paul. Crasso interp. ex tertia eiusdẽ recognitione. QVARTA CLASSIS. Galeni de locis affectis lib. 6. Guil. Copio Basiliense interp. nõnullis etiá in locis ab August Gadaldino emẽdati. in quorũ quarto, c. 3. pag. 48. vbi sermo habetur de Angina ex luxatione vertebrarũ colli, Annotat. quædá in verba Hipp. additæ sunt, excerptæ ex Cõmẽt. Galeni in 2. Epidemiorũ. de Pulsibus ad tyrones liber. de differẽtiis pulsuum libri 4. de dignotione pulsuũ libri 4. de Causis pulsuũ libri 4. de præcognitione ex pulsib. libri 4. Omnes hi de pulsib. libri ab Herm. Cruserio tr. atq; nõ paucis in locis nuper ad emẽdatorũ Græcorũ codicũ fidẽ sunt castigati. de Vrinis liber, Iosepho Struthio Polono interp. de Crisibus libri 3. cũ optimis exempl. diligẽter collati. de Diebus decretoriis libri 3. Ioan. G. Andernaco interp. non paucis in locis expurgati in primum Prorrhetici librum Commentarij 3. Ioan. Vassæo Meldẽsi interp. ad antiquorum exempla-

rium

rium Græcorum fidem diligentiùs recogniti. In Prognostica Hipp. Comment. 3. Laurentio Laurentiano Florentino interp. de præcognitione liber, à Iulio Martiano Rota tr. QVINTA CLASSIS. Galeni de simplicium medicam. facult. libri vndecim, Theodorico Gerardo Gaudano interprete, nuper ab Augustino Gadaldino ad Veterum Exemplarium Græcorum fidem multis in locis repurgati. de substitutis medicinis liber, Iulio Martiano Rota interp. de Purgátium medicam facultate, eod. Rota interp. de Theriaca ad Pisoné liber, eod. interp. de vsu Theriacę ad Pamphilianũ liber, eod. interp. de Antidot. lib. 2. eod. interp. de cõposit. medicam. localiũ libri 10. à Iano Cornario tr. & à Nicol Machello ad veterum Græcorum codicum fidem diligenter castigati. de cõposit. medicam. per genera libri 7. Ioan. G. Andernacó interp. ab Augustino Gadaldino aliquot in locis ad Græcorum exemplarium fidem emendati. de ponderibus & mensuris Galeno ascriptus liber, Augustino Gadaldino Interprete. SEXTA CLASSIS. Galeni de hirudinibus, reuulsione, cucurbitula, cutis concisione, siue scarificatione, Ferdinando Balamio Siculo interprete. Oribasij de cucurbitulis, scarificat hirudinibus, deriuatione & reuulsione sermo in 7 & 8. medicinal. collectionum ad Iulianum Imp. libro, Gadaldino interprete. de venæ sectione aduersus Erasistratum liber. Ioanne Tectandro interp.

De Venæ sectione aduersus Erasistrateos qui Romę degebant, eodem interprete. de curandi ratione per sanguinis missionē liber, Theodorico Gaudano interp. diligentiùs à Gadaldino cum emendatis Græcis codicibus collatus, & aliquot in locis emendatus. CLASSIS SEPTIMA. Galeni de medēdi Methodo libri 14. Th Linacro interprete, denuo cum Græcis codicibus à Gadaldino diligénter collati. De arte curatiua ad Glauconē libri 2. Nicol. Leoniceno interp. à Gadaldino ad fidem antiquorum Græcorum codicum aliquot in locis correcti. Quos purgare conueniat, quibus medicamētis, & quo tempore liber, Iulio Martiano Rota interp. In libros Hipp. de Victus ratione in morbis acutis Commētaria quatuor, Ioan. Vasſæo interp. à Gadaldino cū antiquis Græcis codicibus diligētiùs collati, & plerisque in locis emendati. De remediis paratu facilibus liber ab Huberto Barlando Philiatro tr. De Medicinis facilè parabilib9 ad Solonem spurius, à Paulo Crasso tr. liber tertius de Medicamentis facilè parandis spurius, eodem interprete. Documentum de puero Epileptico, Nicol. Leoniceno Thomęo interprete. In librum de natura humana Commentarius secundus, à Nicol. Macchello translat. & ab eodem diligentiùs recognitus. De incantatione, adiuratione & suspensione liber, Galeno falsò ascriptus, Græcè non habetur. De Oculis spurius, Demetrio Græco interprete, à variis mendis

mendis expurgatus, Græcum exemplar desideratur. de Renum affectuum dignotione, atque medela, Christ. Heyl interpr. spurius. In librú Hipp. de iis quę in Medicina fiunt Commentarij tres, Ioanne Bernardo Feliciano interp In lib. Hipp. de articulis Cōment. 4 eod. Feliciano interp. de Fasciis Vido Vidio interp. Oribasius de laqueis ex Heracle, eodem Vidio interpr. Oribasius ex Heliodoro de machinamentis, eodem Vido Vidio interprete LIBRI EXTRA ORDINEM CLASSIVM. Galeni Commentarij in Aphorismos Hippocr Nicolao Leoniceno interprete, ex pluriū antiquorum codicum collatione à Iulio Martiano Rota, & Augustino Gadaldino recogniti Aduersus Lycū, qđ nihil in eo Aphorismo Hipp. peccârit, cuius initiū est, Qui crescunt, plurimú habent caloris innati, Iulio Alexandrino interp. Contra ea quę à Iuliano in Hippocr. Aphorismos dicta sunt, Iulio Alexandrino interprete. Linguarum, hoc est, obsoletarum vocum Hippocratis explanatio, Mario Nizolio Bruxellensi interprete. SPVRII LIBRI: de historia Philosophica liber à Iulio Martiano Rota translatus. Prognostica de infirmorum decubitu ex scientia Mathematica, Iosepho Struthio interprete. De partibus artis Medicæ liber ex veteri Nicolai Rhegini translatione restitutus. De Dynamidiis liber sine principio, alter liber de dynamidiis magna ex parte ex Aetio desumptus, plurimis in locis correctus.

de Spermate liber. de Natura & ordine cuius-libet corporis. de Anatomia parua. de Anatomia viuorum. de Anatomia oculorum, Nicolao Rhegino Calabro interprete. de Compagine membrorum siue de natura humana. de virtutibus nostrum corpus dispensantibus ex Galeni libris fragmentum. de voce & anhelitu. de vtilitate respirationis. Compendium pulsuum. de Motibus manifestis & obscuris liber, quem Ioannitius de Græca lingua in Arabicam tr. Marcus autem Toletanus de Arabica in Latinam. de dissolutione continua. de Aquis ex Galeno, & aliis præstantissimis Medicis capita sex Oribasij, Gadaldino interprete: Hic liber in prioribus editionibus de bonitate aquæ inscriptus mutilus legebatur. de venis ex Galeno cap. 6. libri quinti Collect. Medicin. Oribasij ad Iulianum Imperatorem, Gadaldino interprete. Præsagium experientia confirmatum, Georgio Valla interprete. de Vrinæ significatione ex Hippocrate, eodem Valla interpr. de Simplicibus medicamentis ad Paternianum. de virtute Centaureæ, Nicol. Rhegino interp. de Catharticis. de Gynecæis, hoc est, passionibus mulierum, Nicolao Rhegino Calabro interp. liber Secretorum ad Monteum. de Medicinis expertis liber, cui titulus est, Medicinalis experimentatio. de Melancholia ex Galeno, Ruffo, & Posidonio caput nonum libri sexti Aetij

Iulio

Iulio Martiano Rota interpr. de cura Icteri liber. de cura Lapidis liber. Quæsita in Hippocratem. CL. GALENI operum omnium propediem edendorum specimen ex IOAN. LALEMANTII recognitione & castigatione Græci codicis innumerabilibus 8. Geneuæ. Eiusdem opera omnia sextò excusa sunt fol. Venetiis apud Iuntas.

CLAVDII PORALLII Lugdunensis in Hippocratis librum de vulneribus capitis Commentarius breuis. ex Iulij Cæsaris Arantij lectionibus collectus. 8. Geneuæ 1579.

CLEMENTIS CLEMENTINI Amerini Medici opera. Henricpetri Basileæ excudit in folio.

CLEOPATRA fertur Græcè scripsisse libros de Vnguentis & Chymistica ratione. Albertus Magnus in mirabilibus Mundi citat librum Cleopatræ. Eius Cosmeticorum fragmenta Græcè impressa sunt. Extat etiam libellus de morbis muliebribus, cum aliis eiusdem argumenti excusus Basileæ 4. 1585.

CLEOPHANTVS Medicus, ante Asclepiadem vini rationem illustrasse à Plinio scribitur, lib. 26. c. 3.

Ex CLITOPHANTO Medico multa Plin. in Naturalis historiæ librum 20. & septem sequentes transcripsit.

COMES MONTANVS Vincentinus edidit quinque libros de Morbis, quorum viuam

Anatomen scripsit Thomas Erastus 1581. cui respōdit postea Comes. 4. Venetiis 1584. chartis fortè 40.

CONRADVS FORERVS Vitoduranus, Medicus & verbi Minister, stirpium differentias, vt Benedictus Textor, digessit, non quidem è Dioscoridis solùm, sed etiam Plinij & Theophrasti editionibus. idem compendio in linguam Germanicam trans. Gesneri lib. 2. de Quadrupedibus, & librum de Aquatilibus.

CONRADVS GESNERVS Tigurinus, ex cuius incredibilibus & admirandis laboribus, vt multa alia præclara, sic huius Elenchi argumentum habemus. Medica scripsit hæc, partim edita, partim edenda per Cl. D. Casparum Vvolphium Medicum Tigurinū: Medicaminum succedaneorum (quæ Græci Antiballomena vocant) Galeno adscriptorum tabulam transtulit adiectis etiam Græcis multò castigatioribus, & annotationibus in quosdam locos. Eadem ex Dioscoridis, Aetij & Pauli Æginetæ passim excerpta, & in vnum diligenter conscripta, subiecit. Chartæ sunt quinque cum dimidia. Basileæ 8. cum Actuarij opere de composit. medicam. apud Robertum Vvinter 1540 Enchiridion historiæ plātarū ordine Alphabetico ex Dioscorid. sumptis descriptionib. & multis ex Theophr. & Plin. ac recentiorib. Græcis additis: facultatibus autem additis plerumque & breuiter ex Paulo Ægineta: in gratiā Medicinę cādidatorū qui

qui cognitionis stirpium causa rusticari interdum solét. Rob. Vvinter excudit. 8. Basil. 1541. chartis 19. Huic similem alium librum de cæteris simplicibus medicamentis libellum scripsit: qui non est adhuc impressus. Compendium ex Actuarij Zachariæ libris de differentiis vrinarũ, iudiciis & causis & præuidentiis. Vniuersalis doctrina Galeni de compositione pharmacorum secũdùm locos affectos à capite ad calcem, particularibus medicamentis omissis. Symbola Galeni experimentorum ex libris eius collecta & aliorum quorundam. Hosce 3. libros Froschouerus vno volumine coniunxit & excudit. 8. 1541. chartis 24. Apparatus & delectus simplicium medicamentorũ, ex Dioscoride & Mesue præcipuè alphabeti ordine, pharmacopolis maximè vtilis liber. Continentur autem eodem volumine, vniuersalia Pauli Æginetæ præcepta de medicamentorum secundùm genera compositione: & eiusdem argumenti omnia quæ in Galeni libris de composit. medicamentorum κατὰ γένη præcepta extant: multis superfluè dictis, & plerisque particularibus compositionibus remotis, &c. Frellonij fratres excudebant Lugduni 1542. in 8. chartis 18. & dimid. & Venetiis fratres, de Nicolinis in 16. Catalogus plantarum nomina Latinè, Græcè, Germanicè & Gallicè è regione proponens, secundùm ordinem Alphabeti, Latinis præeũtibus, vnà cum vulgaribus pharmacopolarum no-

menclaturis, &c. His accedunt in calce operis Nomenclaturę stirpium secundùm varias gentes, Dioscoridi adscriptæ, in ordinem litterarũ digestæ. Tiguri excud. Froschouerus. 4. 1542. chartis 21. Pauli Silenciarij hemiambia, de Thermis, & alia quædam ex Græcis tr. De lacte & operibus lactariis libellus, philologus pariter ac medic⁹, cum epistola ad Iacob. Auienum Glaronensem de montiũ admiratione. Tiguri 1543. 8. chartis 6. & dimidia. Enumeratio medicamẽtorum purgantium, vomitoriorum & aluum bonam facientium, ordine alphabeti excusa. 4. Basileæ apud Froben. 1546. cum Antonij Musæ libello de catapotiis. Pandectæ Medicinæ quæ locos communes vniuersæ medicinæ ex omnibus autoribus continent. Cl. Galeni librorũ editioni Latinæ, quæ publicata est Basileæ in officina Froben. ex Iani Cornarij recognitione 1549. capitum distinctionem & argumenta in plerosq; libros, ab initiis singulorum adiecit: quæ in multis (iis præsertim qui rei medicę tyronibus præcipuè necessarij lectu sunt) ita copiosè ac methodicè tractantur, vt vel epitomes Aphoristicæ instar haberi posſint. in tertia etiam editione quæ ibidem prodiit 1561. elegantisſima Prolegomena de vita Galeni, & iis qui in eum aliquid laude dignum quouis modo scripserunt præfixit. Multa ad Medicinam attinentia in admirandis illis lucubrationibus de Animalibus pasſim ex variis autorib. inseruit, adeò

adeò vt remedia omnia quæ à singulis animalibus petuntur, laboriosissimè collecta habeãtur. Eiusdẽ Thesaurus Euonymi philiatri de remediis secretis (vocat aũt secreta, in quib. pars purior & tenuior ab impuriore crassioreq; secernitur arte) liber physicus, medicus & partim etiã chymicus & œconomicus, in vinorũ diuersi saporis apparatu Medicis & pharmacopolis omnib. præcipuè necessarius. Tiguri apud Andreã Gesn. F in 8 chartis 39. 1558. Agit aũt præcipuè de artificiosis aquarũ & oleorũ destillationibus siue extractionibus, ex herbis aliisq; simplicib. medicamentis: editus aũt est denuò ab ipso recognitus, adscripto nomine quod antè suppresserat. Eiusdem Euonymi secunda pars à Casp. Vvolphio Tigurino Medico illustrata prodiit Tiguri 1569. & Lugduni apud Bartholomæum Vincentiũ in 16. 1574. chartis 35. In Hieron. Tragi de stirpib Commentarios Argentinæ excusos apud Rihelium 1552. præfationem adiecit quæ continet Catalogum rei Herbariæ scriptorũ, qui ad illud vsq; tempus aliquid ediderunt. extantium & non extantiũ &c. De Thermis & fontib medicatis Heluetiæ & Germaniæ libros 2. excusos Venetiis apud Iuntas 1553. in folio, cum multis aliis qui Thermas Italiæ descripserunt, auxit & recognouit. Tabulas Collectionum Stirpium, quibus per singulos anni menses, quæ stirpes in singulis per Germaniam flores fructusque vt plurimum proferant, recensentur,

Argentinæ apud Rihelium 1553. in 8. chartis 5, cum dimidia. eædem denuò editæ sunt per Casp. Vvolphium Tiguri in officina Froschoueri 1587. 8. adiectis tabulis de stirpibus & earum partibus ex Theophrasti præcipuè libris confectis per Gesnerum, chartis 19. idem præfatus est in Lexicon rei Herbariæ Dauidis Kyberi. De Medicinæ Chirurgicæ præstantia & antiquitate scripsit, vti & Enumerationem alphabeticam virorum illustrium, qui rem Chirurgicam vel scriptis vel artis vsu excoluerunt: quæ habentur in volumine variorum autorum Chirurgiæ, quod, ipsius ferè opera, Gesneri fratres excuderũt Tiguri in folio. De raris & admirandis herbis, quæ siue quòd noctu luceant, siue alias ob causas, LVNARIAE nominantur, Commentariolus: & obiter de aliis etiam rebus quæ in tenebris lucent. inferuntur & nouæ quædam Icones herbarum. Descriptio Montis Fracti siue Pilati vulgò dicti iuxta Lucernam in Heluetia. Gesneri fratres excudebant Tiguri 1555. in 4. vnà cum Ioan. du Choul G.F. Lugdunensis, Pilati montis in Gallia descriptione: & Ioan. Rhellicani Idyllio, quo Stokhornum montem altissimũ in Bernensium Heluetiorum agro versibus heroicis describit. chartæ sunt omnium 12. cum dimid. Libelli 3. medicinales: Vnus de sanitate tuenda: alter, contra luxum conuiuiorum, Tertius contra notas Astrologicas Ephemeridum de secandis venis, sesquicharta excusi à

Gesneris

Gesneris 1556. in 8. De Stirpium aliquot nominibus vetustis ac nouis, vt sunt Mamiras Moly, Oloconitis, Doronicum, Bulbocastanum, Granum Alzelin & Habbaziz &c. Epistolæ duæ: vna Melchioris Guilandini Borussi: & altera Gesneri cum nouis Iconibus trib. chartæ sunt tres. exc. Basileæ apud Nicol. Episcopium 1557. in 8. & rursus cum epistola Andreæ Matthioli. Valerij Cordi Annotationes in Dioscoridem & alia quædam eiusdem, vti & librum de Hortis Germaniç à se conscriptũ Iosiæ Rihelio Argentinæ excudenda suppeditauit 1562. folio, chartis 303. Cassij Iatrosophistæ naturales & medicas quæstiones 84. circa hominis naturam & morbos transl. & easdem Græcè cum ipsius scholiis excudit Iacob. Gesnerus Tiguri 1562. 8. chartis 9. cum dimidia: vnà cum Antonij Snebergeri Medici Catalogo medicamentorum simplicium pestilentiæ veneno aduersantium. Historiam stirpiũ cum multis iconibus collegit: quæ nondum est edita. Remediorum item secundùm genera & locos digestorum maximum numerum collectum habuit, nondum quoque editum. præfatus est in Enchiridium quoddam rei medicæ impressum Tiguri per Andream Gesnerũ 1555. 8. chartis 59. Libellum de anima sententiosa breuitate, veluti per tabulas & Aphorismi: vt plurimum conscriptum, & Philosophiç ac Medicinæ studiosis accommodatum edidit Tiguri apud Iacob. Gesnerũ 1563. 8. chartis 15.

De rerum fossilium, lapidum & Gemmarũ maximè, figuris & similitudinibus librum euulgauit, qui non solum Medicis, sed omnib: rerum naturæ ac philologiæ studiosis vtilis & iucundus est. Tiguri apud Iac. Gesnerum cum aliis eiusdem argumenti, quib: corollaria subiunxit. 8. 1565. Εὐπόριστα Ped. Dioscoridis ad Andromachum Græcè & Latinè partim à Ioan. Moibano Medico Augustano, partim post huius mortem à se translata, adiectis ab vtroq; interprete symphoniis Galeni aliorumq; Græcorum Medicorũ, excudenda tradidit Iosię Rihelio Argent. 1565. chartis 62. Epistolarũ medicinalium Gesneri libri 3 editi sunt per Casparum Vvolphium. Itemq; oxymellitis elleborati descriptio & vsus: vnà cum eiusdem de Aconiti primi assertione ab eodem. 4. Tiguri apud Frosch. 1577. chartis 45. P. Gassati methodum nouam Aphorismorũ Hipp. illustrauit: reliqua verò quæ vir summus & Naturæ filius cõscripsit, quotidie à Cl Casp. Vvolphio expectam⁹. Obiit Tiguri 1565. ætatis 49. 13. Decẽb.

CONRADVS SCHELLING quædam scripsit de lue Venerea.

CONRADVS STOEKLIN Medicus cõgessit libellum introductoriũ in artem paruã Galeni, de principiis vniuersalib. totius Medicinę tam theoricæ quàm practicæ ex doctrina Auicennæ & aliorum Philosophorum.

CONRADI VACADEL de Vaaxden, physici, compendiũ Medicinæ practicæ tractat⁹ fol. M. S. in bibl. Imperat.

CON-

CONSTANTINVS monachus, Casinensis cœnobij, ordinis S Benedicti natione Afer, medicinæ & philosophiæ peritus, & Græco, Latino & Arabico sermone instructus scripsit in Medicina multa opuscula. transtulit etiá antiquorú medicorú multa volumina de Græco & Arabico in Latinú, videlic. diætas vniuersales lib. 5. diætas particulares lib. 3. de ponderibus medicinalib. lib. 1. de Vrinis lib 1. de Morború cognitione & curatione à capite ad pedes vsq; lib. 7. de Stomachi affectionib. naturalibus, & præter naturá lib. 1. de victus ratione variorú morborum libellum. de melancholia lib. 2. de Coitu lib. 1. quib. prosit aut obsit, quibus medicaminib. & alimentis augeatur impediatúrue. De animæ & spiritus discrimine. de passionib. mulierum & matricis lib. 1. Librú de Chirurgia: & primú de phlebotomia, arteriarú incisione, scarificatione, ventosis h. e. cucurbitulis, ossiú restitutione & fractorú consolidatione, deinde de variis aliis Chirurgiæ operibus: Librum de gradib. Simpliciú Medicamentorú per singula medicamenta. de Humana natura, de elephantia, de remediis ex animalib. &c. Scripsit etiá Viaticum Medicinæ lib. 1. pantechni. Aliquot Galeni in Hipp libros, tr. Isaaci Hebræi cum librú de Diætis Latinú fecit. Eius Opera Henric. Petri exc. Basil. 1536. Constantini Africani de communib medico cognitu necessariis locis (qui propriè Theorices sunt) lib. 10. cum Ant. Gaizonis de Somno: chartis 49. & dimidia exc. sunt Basil. apud Hen. Petri in fol. 1539.

CONSTANTINI Theriaca extare, eaq; in Italia alicubi excusa, ferunt.

CONSTANTINI LVCAE Alexand. Philosophi in Auicennæ caput de phlebotomia expositio. 4. Ticini 1584.

COPHONIS cuiusdam tractatus duo excusi cum operibus Ioann. Mesue de Arte medendi, & seorsim Haganoæ 1532.

CORNELIVS à BAERSDORP Gosensis; scripsit methodum vniuersæ artis medicæ formulis expressam ex Galeni traditionibus, quà scopi omnes curantib. necessarij demonstrantur, in partes quinq. dissectam. Hubertus Crocus excud. Brugis 1538.

CORNELII CELSI libri 8. de Medicina in 16. excusi. & folio apud Heinricum Stephanũ cum alijs autoribus 1567. cum eiusdem interpretatione aliquot locorum Hippocratis.

CORNELIVS GEMMA, Gēmę Frisij F. scripsit de Naturæ diuinis characterismis, seu raris & admirandis spectaculis, causis, indiciis, proprietatibus rerum in partibus vniuersi libros 2. in his autē præter cætera medicè multa de monstris, &c. tractantur. 8. apud Plantinum 1575.

CORNELII Mechelburgensis Medici, de morborum in pueris dignotione, & curatione liber, per SEBAST. AVSTRIVM expurgatus.

CORNELII PETRI Holandi, libellus de Herbis, Leidæ impressus.

COSMAS HOLTZACHIVS Basiliēsis; scripsit

psit annotationes quasdam in Dioscoridem: Lugduni apud Frellonium. floruit 1554.

CRATEVAS de Herbis Græcè scripsit, oratione blandissima, herbarum effigies pingendo subscriptis effectibus, Plinius, à quo passim citatur libr. 20: & septem seq. Citatur etiam CRATEVAS Rhizotomus à Dioscor. Galeno & Nicâdri scholiaste in Theriacis. Extat ad ipsum Hippocratis epistola, qua eum laudat tanquam optimũ rhizotomum, quòd & ipse exercitatus sit in hac arte & à maioribus eam acceperit.

CRATONIS Thorẽsis Medici Borussi Practica de curatione omnium humani corporis morborum, nondum impressa, extat Lipsiæ. òbiit 1457.

CRISPI medicamenta ad lichenas in facie, apud Galenum libro 4. de composit. secundùm locos.

CRITONIS qui in Imperatoriis ædibus est medicatus, quæcumque pharmaca comptorię speculationis Heraclides & Cleopatra & alij post ipsos Medici scripserunt, ea omnia coacervauit in 4. de Ornatu libris. Galenus lib. 1. cap. 3. de composit. secundùm locos: Vbi etiam singulorum librorum capita subiungit. Alibi etiam multa Critonis remedia citat: quod & Aetius facit. arbitratur Gesnerus hũc eundem esse cuius Opsartytica ab Athenæo citantur.

CYRIACVS LYCIVS de Variis Medicorũ

sectis in Republ. vigentib. optimá doctriná & Medicina philosophicá edidit Ingolstadij 1583. ex officina Vuolffgangi Ederi. eiusdé de ligni Cotonei natura, virib. & vsu, Ingolstadij 1580. Eiusdem ité de Lithosophistica, erronea quorundam de lapide philosophico nunc disceptantium doctrina, religioni Christianæ incommoda, obseruatio, atque de Lapide Christosophico summo Christianorum bono, admonitio, 4. ibidem 1582.

D

DALION HERBARIVS citatur à Plinio lib. 20. c. 17. & seq. tribus libris.

DAMION Medicus allegatur apud Pliniũ, qui in 20. & septẽ proximos naturalis historiæ libros, ex eius scriptis quædam transtulit.

DAMOCRATIS verba citãtur aliquoties in Galeni libris de cõpos medicam. tum iuxta locos, tũ iuxta genera, itẽ in 2. de Antidotis. scribitur aũt Græcè aliàs p α aliàs per α, quare vel Damocrates vel Democrates reddi potest. Damocrates trimetris iambicis Iberidem herbam celebrauit in libro qui Clinicus inscribitur, quos recitat Galenus libr. 10. de composit. medicament. secun. locos, in cura Ischiadicorum, alibi etiam versus ipsius de compositis medicamentis refert. Eiusdem librum qui inscribitur Philiatrus citat lib 7 κατὰ τόπους.

DAMOXENI Medici cõpositiones aliquas

citat

titat Galenus in libro de composit. medicam. secundùm genera.

DANIELIS BROVCHVISII Thesaurus Alchimiæ secretissimæ 4. Coloniæ 1579.

DANIELIS VLIERDENI Bruxellani Epist. ostendens Medicũ non corpori solùm, sed etiã animæ suppetias dare. Basil. 1544 apud Frob.

DANTINVS CHYMISTA citatur ab Hortulano.

DARDARIS in Turba, ab Hortulano citatur inter alios Chymicos scriptores.

DAVID KYBERVS Argentinensis, H. Tragi de stirpium, maxime earum quę in Germania nascũtur, vsitatis nomẽclaturis, propriisq; differentiis nec non temperaturis atq; facultatibus, commentariorũ lib. 3. Germanica lingua scriptos trãstulit. Argentinæ cum figuris apud Vvendel. Riheliũ 1552 in 4. char. 166. & dimid. cum Bened. Textoris libello, de differ. plantarum. Concinnauit etiã ex variis & optimis, qui de stirpiũ historia scripserũt, autoribus, rei Herbarię Lexicon Trilingue. Argent. à Vvendel. Rihelio 1553. octern. 35, & dimid. cum Tabulis Collectionum Conradi Gesneri, ac eiusdem præfatione & epitaphio in Dauidem Kyberũ qui in ipsa editione anno 1553. peste sublatus obiit, anno ætat. suæ 28.

DEMETRIVS GRAECVS, libellum Galeni spurium de oculis transtulit.

DEMETRII PEPAGOMENI Medici, liber de podagra & id genus morbis ad Imperat.

Michaelem Paleologũ. Parisiis. 8. Græcè & Latinè apud Guil. Morellium. 1558.

DEMETRII PHANOSTRATI commentarios in Theriaca Nicádri citat Steph. in κεφίνη.

DEMOCIDES Medicus insignis, qui Polycratem Samiorum Tyrannum curauit, librũ de Medicina scripsit. Suidas.

DEMOCLES Medicus citatur à Plinio, qui in lib. 12. Nat. Hist. quædam ex eo mutuat⁹ est.

DEMOCLIDES Medicus allegatur à Plinio 13. Nat. Hist. libro.

DEMOCRITVS ABDERITES ex Thraciā Philosophus, aut vt alij, Milesius, scripsit quædam in Medicina.

DEMOPHON HIPPOCRATIVS citatur in Scholiis in Alexipharmaca Nicandri in remedijs contra dorycnium.

DEMOSTHENES PHILALETHES scripsit lib. 3. de oculis, quos à multis commendari ait Galenus lib. 4. cap. 5. de Differentiis pulsuum. Citatur etiam sæpè à Syluatico Demosthenes Medicus.

~~DESIDERIVS ERASMVS Roterodamus summum literarum decus habuit Declama~~tionem de Laudibus Medicinæ. Galeni paraphrastæ Menodoti exhortationem ad artium studia tr. Eiusdem Galeni de optimo dicendi genere lib. transtulit.

DEXIPPVS COVS Medicus, discipulus Hippocratis, scripsit librum de Medicina, item de Prognosticis. Suidas.

DIAGO-

DIAGORAS Medicus citatur à Plinio, qui ex eo in 12. 23. 24. 25. 27. Nat. Hist. libris quædam transcripsit.

DIEVCHES multa obiter de vsu remediorũ scripsit in Therapeuticis suis voluminibus, Galenus. Dieuches Medicus citatur à Plinio, qui 20. 22. & quinq; seq Nat. Hist libros multa ex eo transcripsit; scripsit autem priuatim de Brassica, vt Plinius meminit.

DIMOCLES Medicus à Plinio citatur, qui in librum 12. Nat. Hist. quædam ex eo transtulit.

DINVS de GARBO, Florentinus, edidit commentarium in Galenum lib. 1. de malitia complexionis variæ. lib. 1 in Hipp. de Natura fœtus lib. 1. Diuersarum Quæstionum lib 1. in Auicennã lib. 1. Quæstiones nonnullas in Medicina: scripsit etiam de Chirurgia, de Generatione embrij, librum de ponderibus, & mensuris. Venetiis. Eiusdem de cœna & prandio epistola edita est Romæ cum operibus Andreæ Thurini anno 1545. floruit 1300.

DIOCLES CARYSTIVS rationalis sectæ Medicus, secundus ab Hippocrate ætate famaq; vt scribit Plinius, citatur à Galeno, Plutarcho, Scholiaste Nicandri, Plinio. Eum Rhetorem quoq; fuisse Galenus tradit in principio libri de prænotione ex decubitu Cæterũ hi libri Dioclis à Gal. citãtur ὑγιεινῶν ad Plistarchũ, nominat aũt illic Empiricum, sed Athenæus lib. 3. Carystium Dioclem horum autorem fa-

cit. 8. Dioscorides lib. 6. de officin. med. de Curatione causæ passionis liber ad Archidamũ. Præterea Galen. lib. 2. de Administ. Anat. Dioclem primum inter posteriores medicos anatomica scripsisse refert. Porrò epistola quædam Dioclis ad Antigonum Regem præseruatiua cum Tralliano impressa est, Torino interprete. Eadem ab initio operis Marcelli Empirici Hippocrati Coo adscribitur ad Antiochum Regem. legitur etiam in fine 1. lib. Pauli Æginetæ, & eius ὑγιεινὰ παραγγέλματα ad Antigonum citantur ab Hierocle Hippiatro c. 98.

DIODORVS NIGER, & Petronius Medici, Asclepiadæ omnes, commentarios de vsitata materia medica scripserunt, &c. Dioscorides. Plinius libro 20. cap. 8. illius meminit, & Diodori Empirica lib. 20. cap. 12. memorat.

Ex DIOGENE quodam catharticum pituitæ Aetius recenset.

DIONIS Medici scripta citantur apud Plinium, qui illis in conscribendo naturalis Historiæ libro 4. vsus est.

DIONYSII FONTANONI Medici Montis Pessulani libri quatuor de morborum internorum curatione. Lugduni apud Frellonium 1550. in 8. eadem Practica excusa etiam est ab Antonio Vincentio Lugduni.

DIONYSII SIMPLICIS liber de compositione Humana, & alia opuscula Græcè habentur in Bibl. R. Galliæ.

DIONYSIVS, SCRIPTOR περὶ φυτῶν memoratur

moratur à M. Varrone libro 1. de Re rustica: & à Seruio in 1. Georg. Plinius Dionysium effigies herbarum pinxisse ait, atque effectus subscripsisse. Idem sæpe in plantarum mentione Dionysij Medici autoritate vtitur, libris 12. 13. 21. & septem deinceps, & SALVSTII DIONYSII Medici lib. 32. cap. 7. Dionysij *ῥιζοτομικὰ* Nicandri in Theriacis Scholiastes adducit. & Dionysium Vticensem, cuius *ῥιζοτομικὰ* citantur à Stephano, eundem putat esse Gesnerus ac CASSIVM DIONYSIVM VTICENSEM Magonis interpretem: & hunc ac Dionysium de quo iam dictum. Sunt autem libri Cassij Dionysij impressi ab Anton. Vincentio Lugduni.

DIOSCORIDES, vide PEDACIVS.

DIPHILI CARYSTII, Medici, vt videtur, sententiam de Cucumere citat statim ab initio libri 3. Athenæus.

DIPHILI LAODICENSIS liber de Nicandri Theriacis, allegatur ab Athenæo.

DIPHILVS SIPHNIVS aliquoties allegatur ab Athenæo: scripsit autem de alimentis quæ sanis & ægris offeruntur.

DOMINICI BARTALII Camporegianensis de Spiritibus libri 4. & de facultate vitali libri 3. 4. Venetiis 1584.

DOMINICI BVZII, Carmignolij, M. Pedemontani, quæsita quatuor medicinalia, iuxta Hippocratis & Galeni sententiam examinata circa alui purgationem circa annum 14. à

morborum principio, in morbi augmento: item an phlebotomia vtendum in quolibet morbo magno. Venetiis Ioann. Gryphius excudit 1551. octern. 5.

DOMINICI BVRGAVER M quæstio verũ articularis morbus, podagra dictus, curabilis sit.

DOMINICVS CASTELLVS tr. Gal. lib. de adumbrata figura Empirici, impressum cum operib. Galeni, Venet. in officina Ioan. Farrei.

DOMINICI LEONIS Lunensis, methodus curandi febres tumoresq; præter naturam, ex Græcorum placitis deprompta. Bononiæ. 4. 1562. Eiusde ars curandi humanos particularesq; morbos à vertice vsq; ad pedes, in tres sectiones diuisa. Bononiæ fol. 1584. apud Ioan. Rossium ternionibus 62.

DOMINIC. MARTINVS de Sospitello adnotamēta fecit adiecta pandectis Medicinæ.

DOMINICVS MONTESAVRVS, Veronēsis, Galeni cōmentariolum de Comate secundùm Hipp. sententiá ex Græco exéplari & antiqua versione restituit, excusum Venet. apud Iuntas cum reliquis Gal. operibus. transtulit preterea Galeni librum, de Tremore, Palpitatione, Conuulsione & Rigore.

DOMINICVS MASSARIVS Vincentinus scripsit libros tres de ponderibus & mensuris Medicinalibus, qui, opera Conradi Gesneri ab innumeris mendis repurgati, prodierunt Tiguri. 8. 1584.

DONATI

DONATI ANTONII ab Altomari, Philosophi & Medici Neapolitani Methodus de alteratione, concoctione, digestione, ac purgatione, ex Hippocratis & Galeni sententia, Venetiis excudit Ioan. Gryphius 1547. octer. 9. & dimidio. Ars Medica de ratione medendi Humani corporis morbis, Neapoli 1553. & Lugduni apud Ioan. Frellonium 1559. Eiusdem opuscula nonnulla in vnum collecta & recognita: quibus vltimò accedit de sanitatis latitudine tractatus, &c. Venetiis apud Ioan. Antonium Salernitanum 1570. 4. Eiusdem de medendis febribus, Neapoli in 4.

DOROTHEVS de herbis quibusdam carmine scripsit, Plinius meminit etiam Phlegon commentariorum Dorothei Medici.

D. DROETVS Medicus, consilium nouum de Pestilentia scripsit. 8. Argentorati 1576.

DRVSIANVS (alicubi perperam scribitur CRVSIANVS) natione Italus, Thadæi Medici quondam auditor, scripsit commentaria in Artem Galeni lib. 1. Hunc quidam plus quàm Commentatorem vocarunt. Idem cum in Medicina facienda infelicior esset, ingressus ordinem Chartusensium varios argumenti sacri tractatus scripsit. Claruit 1300.

E

EBENESIS & SIRASIS Philosophorum Commentarij in Auicennam excusi sunt

Venetiis apud Domitium de Tridino 1547. in folio, cum Auicennæ lib. de Remouendis nocumentis, quæ accidunt in regimine sanitatis.

EBERHARDI SCHLVSINGERI de Gasmandorf Franconiæ, Medicus Tigurinus edidit Isagogicum tractatū in Astrologiam, præsertim ad electiones maximè medicas.

ELVCHASEM ELIMITHAR Medici de Baldach, filij Hadadum, filij Ducellani, Tacuini siue Tabulæ sanitatis tuendæ, iuxta ordinem sex rerum naturalium, cum correctionibus & facultatibus earum descriptę, Argentinæ apud Ioan. Scotum 1531.

EPHISTVS CHYMICVS scriptor citatur ab Hortulano.

EPHODII cuiusdam herbarum vocabula ex omnibus Græcis collecta in Gallia, in Bibl. Regis habentur.

EPICHARMVS COVS, auditor Pythagoræ, Medicus insignis, scripsit de natura rerum, deque Medicina commentarios, qui extāt Romæ in Vaticana. Volaterranus lib. 15.

ERASISTRATVS IVLIATES ex Iulide Ceæ insulæ vrbe: Appellatur itaque CEIVS, filius Cretoxenę, Medij Medici & Cleombroti sororis. Hic Antiochum Regem ex amore nouercæ Stratonices ægrum sanauit. Manu enim cordi admota, ex palpitatione, quoties Stratonicem fortuitò prætereuntem videret, amorem deprehendit. Sepultus est iuxta Mycalen montem è regione Sarni. scripsit medicos

ćos libros 9. Suidas. Galenus librum scripsit contra huius sectatores Erasistrateos, in quo citat Erasistrati libros, de Febribus, de passionibus ventris, περὶ παρέσεων de Resolutionibus, de Podagra, ὀγκωτῶν διαιρέσεων diuisionum vel sectionum.

ERHARDVS HEDENECCIVS Villacensis Carinthiæ Medici edidit Μνημονευτικὸν septem Hippocratis Aphorismorum sectionum tabulis comprehésum 4. Basileæ per Seb. Henricpetri 1585.

EROTIS Medici, liberti Iuliæ, muliebrium liber, qui etiam ad ornatum pertinentia quædam & alia varia continet. Hodie sub nomine TROTVLAE circumfertur.

EROTIANI liber de dictionibus Hippocratis Græcè extat in Bibl. R. Galliæ, & præterea impressus est ab Henrico Stephano in 8. cum dictionario Medico.

EVAX REX ARABVM, de Simplicium effectibus ad Neronem scripsit, Plinius: insinuat autem eum Græcè scripsisse. Extat hodie libellus Latinis carminibus exaratus qui in hunc regem autorem refertur. Euax rex Indiæ de virtutibus gemmarũ scripsit ad Neronem, extat Ferrariæ. Item Euacis Arabum R. ad Tiberium Cæsarem de virtutibus lapidum pretiosorum liber. Viennæ M.S. in Bibliotheca Imperatoris.

EVCHARIVS RHODION, Medicus Francofurtensis, scripsit librum de partu homi-

nis, & obstetricatu, cum variis figuris nascentium ex vtero partium: item Herbarium Germanicum.

EVCHOPOEDII Medici Collectanea dicuntur extitisse apud Benedictum Aretium.

EVDEMVS Pharmacopola hac in arte facilè princeps, & alter Chius Eudemus arte minimè laudatus, Plinius lib 9. cap. 18. Eudemus hic fortè ille est (ait Gesnerus) cuius in Pluto Aristophanes meminit tanquam Pharmacopolæ annulos vendentis contra venena & serpentum morsus. Galenus lib. 2. de Antidotis Eudemum citat, eiusq; antidotum theriacem vocatum, versu conditum adducit Athenæus libro 9. Dipnosophistarum ex Eudemi Atheniensis de Oleribus libro verba quædam recitat: idem lib. 1. EVTHYDEMI cuiusdam qui de oleribus scripserit, meminit: Apuleius verò Eudemũ de animalibus scripsisse refert.

EVELPIDES ætate Celsi insignis Chirurgus & Medicus ocularius, collyriorum quorundam author, quorum compositionem Celsus lib. 6. tradit.

EVELPISTVS à Celso lib. 7. numeratur inter insignes Chirurgiæ Professores Romæ, qui paulò ante ipsius tempora quibusdam in melius mutatis, aliquantum ei disciplinæ adiecerunt.

EVONYMI PHILIATRI Thesaurus Medicinæ: nomen est fictum. vide in Conrado Gesnero.

EVRI-

EVRICIVS CORDVS, Simesusius, Medicus, natione Germanus, scripsit Botanologicon, siue Colloquium de Herbis, excusum Coloniæ apud Ioannem Gymnicum 1534. & Parisiis apud Guil. Morellium 1551. in 16. vnà cũ Valerij Cordi in Dioscoridem annot. Theriaca & Alexipharmca Nicãdri poetę latinis versibus heroicis reddidit elegãter, Francof. apud Egenolphũ 1532. Eiusdẽ iudiciũ de Herbis & medicam. simplicib. exc. est Francof 1549. cũ Dioscoridis textu, & Gualterij Riuij scholiis.

EVRYTHON in Therapeuticis suis voluminibus passim quædam ad plantas pertinentia affert. Galenus.

EVSTASII MATERENSIS carmina, de Baianis thermis, quibus quæq; morbis medeantur, excusa sunt Venet. cum diuersis scriptoribus de Balneis.

EVSTATHIVS QVERCETANVS Medicus scripsit Acroamaton in librum Hippocratis de Natura Hominis commentarium, & in Claudij Galeni libros tres de temperamentis scholia doctissima: Excusa sunt Basileæ apud Ioannem Oporinum 1549.

EVTECNII SOPHISTAE paraphrasis Græca in Alexipharmaca & Theriaca Nicandri: Venetiis seruatur.

F

FABIANI SOMMERICI Medici, liber de Inuẽtione, descriptione, temperie, viribus

& in primis vsu thermarum D. Caroli IV. Imperatoris. Lipsiæ typis Voegelianis 1571. 8.

FALCONIS Monspeliensis Medici libellus de Febribus manuscriptus alicubi extat.

FERRAGVS IVDAEVS, ex Arabica lingua in Latinam transtulit Tacuinos ægritudinum & morborum humani corporis, Buhahylyhæ Byngezle Arabis. liber impressus est Argentorati apud Ioan. Schotum in folio chartis 37. vixit tempore Caroli Magni.

FARRESIVS in Aphorismos Hippocratis.

FELDII ALEXANDRINI verba de Splene, Constantinus Africanus citat lib. 5. c. 12. de cognitione & curatione morborum.

FELICIS PLATERI Basiliensis, Medici Antecessoris, & practicæ Medicinæ professoris eminentissimi & experientissimi de partium corporis humani structura & vsu libri 3. Tabulis explicati, & Iconibus illustrati fol Basileæ per Ambrosium Frobenium 1583. ab eodem accuratissimam Methodũ curandi particulares morbos, & elegantissimos tractatus de compositione medicamentorum, & de Febribus separatim, quidè expectamus. annum agit, hoc anno 1590. 54.

FERDINANDVS BALAMIVS Siculus ex Galeno tr de optima corporis constitutione, de bona habitudine, de cibis boni & mali succi, & de ossibus libros.

FERDINANDI MENA, Methodus febrium om-

omnium & earum symptomatum, curatoria. Accessit liber de Septimestri partu, & de purgantibus medicamentis Antuerpiæ apud Plantinum 1568. in 4.

FICINI MEDICI, patris Marsilij Ficini liber de pestilentia Italice, quem postea HIERONYMVS RICIVS latinitate donauit.

FLAVIVS quidam de medela corporũ versibus hexametris scripsit huius, vt videtur, alicubi meminit D. Hieronymus.

FLORVS CHYMIAE scriptor, cuius meminit Hortulanus Philosophus.

FRANCISCI ALEXANDRINI Vercellensis, APOLLO omnem compositorum & simplicium med. normam Pharmacopolis facillimè proponens, in 12. libros distinctus. Venetiis folio 1588.

FRANCISCI ARCAEI Fraxilanensis, de recta curandorum vulnerum ratione, & aliis eius artis præceptis lib. 2. Antuerpiæ 8. 1574.

FRANCISCVS BOBIVS Medicinæ Theoricæ professor Ticini, quædam edidisse fertur in Philosophia & Medicina.

FRANCISCVS BONAFIDES tractatum edidit de Pleuritide curãda contra Curtium: scripsit tres Tomos, nescio an excusos Primus continet septem volumina. Commentaria in Aristotelis lib. de spiritibus & Plantis. Secundo de nominibus ad historiam Plantarũ pertinẽtibus. Tertiò de nexu vtriusq; mundi.

4. de Septimestri partu. 5. de disceptatione orta inter Antonium Fumanellum & Bartholomæum Climanum Medicos Veronenses, de Vino inuicem disceptantes, cuius iudex fuit Fracastorius. 6. de Nomenclatura simplicium medicamentorum. 7. De ponderibus minoribus & grano. Secundus Tomus quatuor lib. habet. 1. de fine Artis Medicinalis. 2. de duplici ratione componendi Medicinas. 3. Expositio Canonum vniuersalium, cum modo curandi spasmum. 4. Modus intelligendi gradus Medicinarum, secundùm Dioscoridem. Tertius Tomus, de Pleuritide, cum expositione Theorematum seu Canticorum Auicennæ, & an Medicina sit scientia an ars. de sex rebus non naturalibus. de practica Medicinæ.

FRANCISCI BOVSSVETI Surregiani de arte medendi lib. 12. carmine scripti. Lugduni apud Matthiam Bonhomme 1557.

FRANCISCI CABALLI Brixiensis de Animali pastillos theriacos & theriacam ingrediente. Venetiis.

FRANCISCI CALCEOLARII Pharmacopœi Veronensis, compendium Commentariorum Matthioli de Plantis: item opusculum de itinere quo itur Verona in Baldum montem plantarum fertilissimum. Venetiis apud Valgrisium 1571.

FRANCISCI EMERICI Oppauiani Med. liber de medicorum auxiliorum dextro vsu, ad veram Hippocratis & Galeni mentem ad

Febres

Febres putridas expositus. Oratio de re Medica, de notis vrinarum & pulsuum, de peste.

FRANCISCVS EMERICVS Viennensis Medicus, scripsit librum de medicorum auxiliorum dextro vsu, ad veram Hippocratis & Galeni mentem. Petreius excudit Norimbergæ 1537. vide an idem cum priore.

FRANCISCVS FABRICIVS Ruremundanus, Medicus Aquensis, scripsit de Balneorum naturalium quæ sunt Aquisgrani & Porceti natura & facultatibus, & qua ratione illis vtẽdum sit. liber Coloniæ impressus apud Casparum Genepæum 1546.

FRANCISCI GEOCKINI, Medici, Apologia in Victorem Bonagentem, vbi de minuendis humoribus in morborum initiis. Venet. 1547.

FRANCISCVS de TVRCE de S. Victoria, Medicus Anconæ in Italia, scripsit Prognosticon Medicinale secundùm temporum constitutiones, vbi Hippocratis aliorumque veterũ huius argumenti Aphorismos collegit & interpretatus est in Italia in 4.

FRANCISCVS MARCHISIVS, Ticini aliquãdo scripsit, in primam & quartam fen primi libri Auicennæ.

FRANCISCVS PEDEMONTANVS, scripsit quædam de balneis, quæ Iuntæ impresserunt Venet 1553. cũ aliorũ scriptis de Balneis. Eiusdẽ additiones in Mesuen, excusæ sunt in fol.

FRANCISCVS PHILELPHVS, ex vetusto Tolentini oppido natus, Eques auratus; &

Poeta Laureatus: transtulit Hippocratis librum de flatibus, & eiusdem de passionibus corporis. floruit 1481.

FRANCISCVS du PORT Crespeiēsis Valesius edidit versibus Heroicis de signis morborum libros 4. additis annotationibus quibus signi cuiusque natura traditur. 8 Parisiis apud Dionysium du Val. 1584. chartis 9. in prefatione testatur se Aphorismos Hippocratis versu item & expositione illustratos edidisse.

FRANCISCVS PVTEVS, Medicus Veronensis, scripsit Apologiam pro Galeno, contra Andream Vesalium.

FRANCISCVS ROTA de Medicaminibus.

FRANCISCI ROVSSETI Medici Galli ὑστεροτομοτοκία, seu de partu Cæsareo liber, è Gallico Latinus factus à Casp. Bauhino Medico Basiliense, additis ab hoc propriis eiusdem argumenti obseruationibus & historiis. 4. Basileæ cum aliis autoribus eiusdem materiæ, & separatim posteà ibidem 1588. 8.

FRANCISCI de SENIS consilium de Balneo Petrioli, ad Episcopum Papiensem, impressum est Venetiis apud Iuntas, cum variorum autorum scriptis de Balneis.

FRANCISCI VALLESII professoris Complutensis & Regis Hispaniæ Archiatri, Controuersiarum Medicarum & Philosophicarũ libri 10. in folio in Hispania, & Francofurti apud heredes Andreæ Vvecheli 1582. chartis 146. prefixa est epist. Ioan. Cratonis, in qua multa de

ta de opere differit. Cōmentaria in libros Hippocr. de Morbis popularibus, Coloniæ, ære Ioan. Ciotti anno 1587 in fol. Eiusdem Commentarij in Aphorismos Hippocratis, & librū de ratione Victus in acutis, excusi primùm in Hispania, dein Coloniæ 1589. in folio. idem testatur in præfatione de Philosophia sacra, se multos Comment. in Hipp. & Galenum scripsisse. hos autē propediem Coloniæ excusos, sumptibus Ioan. Baptistæ Ciotti, habebimus.

FRANCISCI VALLERIOLAE, Medici doctissimi, Commētarij in 6. Galeni lib. de Morbis & symptomatis, excusi Lugduni apud Gryphium 1540. Et Venetiis apud Valgrisium 1548. Eiusdem Enarrationum medicinalium libri 6 capitibus distincti quibus varia habet: præcipuè autem Medicorum scripta exponit, & alia quædam ad rem Medicam vtilissimè doctissimeque tradit. Item Responsionum lib. 1. in quo ea quæ à Medico quodam in Commentariis suis in Galeni libros, de Morbis & symptomatis notata vel reprehensa erant, defendit atque explanat. Gryphius excudit Lugduni 1554. in folio cum indice, chartis 133. & Lugduni 8 apud Franciscum Fabrum 1589. chartis 70. Loci Medicinæ cōmunes trib. libris digesti: adiecta Appēdice ad operis perfectionem, Venetiis 8 & Lugduni 8. apud Franciscum Fabrum 1589. chartis 8. Oratio de arte Medica. Obseruationū medicinaliū lib. 6. in quib. grauissimorū morborū

causæ & symptomata, euentus atque etiam curationes miro ordine describuntur, Lugduni in folio 1573. & ibidem apud Antonium Candidum 8 1588. chartis 37. Eiusdem commentarij in librum Galeni de constitutione artis Medicæ 8. Geneuæ 1577. apud Albertum Riuert chartis 38. Extant eiusdem animaduersiones in aliquot Paradoxa Laurentij Iouberti editæ cum responsionibus ipsius in Operibus eius 1582. in locis Communibus promiserat Methodum medēdi morbis particularib. nescio an extet. Magnam laudem pro merito tribuit Valleriolæ Gesnerus in præfat. operum Galeni.

FRANCISCVS VESALIVS, Andreæ fratris sui epistolam de Chynæ radicis decocto, & erroribus Galeni in Anatome, in publicum edidit, cum præfatione sua ad Cosmum Medicen Tuscorum ducem apud Oporinum Basileæ 1546.

FRANCISCVS VICTORIVS Bergomas, Philosophus & Medicus, multa in Philosophia & Medicina conscripsit vtraque lingua, quæ incendio perierunt: legas præfationem Aldi Manutij, quam Græcis Alexand. Aphrodisæi in Topica Aristotelis comment. præfixit.

FRIDERICVS SYLBVRGIVS Vveteranus Hassus, vir singularis eruditionis, multorum Medicorum loca à Ioan. Gorræo in suis definitionibus Medicinalibus citata restituit.

FRISI-

FRISIMELEGA scripsit libellum de dosibus Medicamentorum.

G

GABRIELIS AIALAE Medici, popularia epigrammata Medica Carmen pro vera Medicina. de lue pestilenti, cum scholiis in eundem propriis.

GABRIEL FALLOPIVS Mutinensis, Medicus ac Philosophus egregius & rei Medicæ in Academia Patauina professor, edidit tractatum de medicatis aquis, atque de fossilibus. de simplicibus medicamentis purgantibus, de Asparagis, de compositione medicamentorũ, Obseruationes Anatomicas, Institutiones Anatomicas, in librum Galeni de ossibus expositionem, Obseruationes de Venis, de Cauteriis, in Hippocratis librum de vulneribus capitis expositionem, de Tumoribus præter naturam, & de lue Venerea. quæ omnia separatim emissa sunt Venetiis à variis eius discipulis: & simul ibidem Venetiis apud Valgrisium & Frācofurti apud Vvechelos folio 1584 chartis 234. circũfertur sub ipsius nomine liber de arcanis quibusdã compositionibus, medicis, & quę extra medicinam in vsu sunt, vt sunt varia vina, & Chymica multa, &c. Italicè primũ editus, & posteà Germanicè in 8. Augustæ Vindelicorũ 1570: audio autem nõ esse ipsius. Obiit Patauij 1562. Pręlectiones G Fallopij de

partibus similaribus ex variis ipsius lectionibus collegit & edidit Volcherus Coiter: Norimbergæ folio. 1575.

GABRIELIS FRASCATI de aquis Returbij Ticinensibus Commentarij, mineras, facultates, & vsum earum explicantes. His in libris omnia quæ ad Thermarum Theoricam & Practicam faciunt, accuratè tractantur, in 4. Ticini 1580.

GABRIEL HVMELBERGIVS Rauenspurgensis, Medicus, Antonij Musæ de herba Vetonica, & L. Apulei de medicaminibus herbarũ libros recognouit, & commentariolum adiecit, excusum Tiguri apud Froschouerum 4. 1531. Scholia in lib. Sexti Philosophi Platonici de Medicina animalium, bestiarum, pecorum & auium ibidem 4. 1539. Commentaria in Q. Sereni Samonici poetæ librum medicinalem, excusa ibidem 1540.

GABRIEL ZERBVS, vel de Zerbis, Veronensis, scripsit Anatomen corporis humani, sermone barbaro, liber excusus est. Anatomen infantis. Marpurgi 1537.

GALAF, Israelita vel Iudæus Ilerdensis, natione Cathalanus, vir in medicinis eruditus, scripsit in medicinis Antidotariũ excellentiss.

GELATII cuiusdam liber, in quo ordine literarum omne genus simplicium Pharmacorum describit, & facultates recenset, stylo barbaro, & Arabicis plerumque nominibus.

GALEATII de S. SOPHIA opus Medicinę practi-

practicæ in nonum tractatum libri Rasis ad Almansorem, de curatione morborum particularium impressum Haganoæ 1533. Adiectus est liber quidam introductorius ad Medicinã per Georgium Kraut, de quo pòst: Eiusdem tractatus 38 de febribus, & earum symptomatis, qui vice generalis Practicæ, omnium particularium morborum curationem communẽ complectentes esse possunt: impressi in folio Venetiis per Georgium Arriuabenum 1514.

GARTIAS ab HORTO, Proregis Indiæ Medicus, scripsit Lusitanica lingua per dialogos Historiam aromatum & simplicium aliquot medicamentorum apud Indos nascentium; quam deinde Carolus Clusius Latinam fecit, & in Epitomen contraxit. Antuerpiæ apud Plantinum 1574. chartis 14. cum dimidia.

GARTIAE LOPII Lusitani Medici, Commentarij de varia rei Medicæ lectione.

GARIOPONTI Medici antiqui libri octo, de Morborum particularium à capite ad pedes, & febrium quoque causis, accidentibus & curationibus excusi Basileæ apud Henricpetri anno 1511. & 1536. & Lugduni apud Antonium Blanchardum anno 1516. 4. chartis 28 hoc titul Passionarius Galeni de ægritudinibus à capite ad pedes in 5. libros diuisus vnà cũ tractatu febrium earumq; symptomatibus Rasis, vt ab anonymo quodã in præfatione adducitur, testatur hunc librum Galeni esse, Gariopento autẽ ideò à quibusdam

ascriptum, quod in ipsum additiones nonnul-
las scripserit.

GASPAR BAVHINVS Basiliensis, Rei Anatomicæ & Herbariæ Basileæ hoc tempore professor doctissimus & diligentissimus, Tractatum elegãtem edidit de Corporis humani partibus externis, 8 Basileæ apud Eusebium Episcopium 1588 Est autem primus liber accuratæ illius vniuersalis Anatomiæ methodo secandi, & noua institutæ, necnon ad tabulas Vesalij accommodatæ, variis denique, & hactenus à nemine descriptis, obseruationib. illustratę, cuius Epitomen, quam paratã iam eũ habere omnes norũt, propediem dabit. Idem Francisci Rousseti Medici Cl. ὑστεροτομοτοκίαν seu tractatum de partu Cæsareo è Gallico Latinũ fecit & edidit Basileę 4. cum variis authoribus qui Gynæcea scripserunt, & ipsius opera & recognitione simul excusi sunt apud Thomam Guarinũ & Conradum Vvaldkirchium 1586. & dein separatim 8. Basileæ typis Conradi Vvaldkirchij 1588. adiectis ab eodem variis historiis & obseruationibus partum illum confirmantibus. ab ipso etiam diuturni laboris & industrię Opus Botanicum propediem auidè expectant Medicinæ studiosi, in quo, præter cętera, Herbarũ omnia SYNONYMA diligẽter describẽtur. In gratiã verò maximè Studiosorũ Medicinæ operã Basileæ dantiũ, cõscripsit Herbarum MONTIS MVTETAE alumnarũ, cum earundem Synonymis, descriptionem libris

libris duobus expressam, cui acesſêre & aliarum aliquot hactenus non descriptarum plantarum historiæ, in gratiam, vt dixi, iuuentutis Apollineæ, quæ amœnissimum & feracissimũ illum montem, & ab vrbe Basilea medio tantùm miliari distantem, conſcendere frequenter consueuit. Tractat autem ibi breuiter præter alia, Controuersias de plantis & alia philologica in primis: quæ omnia, vt parata habet, sic eum breui daturum speramus: annum ætatis, hoc anno 1590. agit 29.

GASPAR GABRIELIVS Patauinus insigne opus edidit, in quæstionem de materiæ immutatione in principio morbi.

GASPARI NAEVII Chemnicij de missione sanguinis disputatio Lipsiæ.

GASPAR PEVCERVS Budissinẽsis magnũ hoc tempore Germaniæ decus, edidit Vvitebergæ IOANNIS BAPTISTAE MONTANI libellum de gradibus & facultatibus medicamentorum: & vitas illustrium Medicorum conscripsit.

GASPAR SCHVVENCKFELT Gryphimontanus Silesius, collegit Thesaurum pharmaceuticum, Medicamẽtorum omnium ferè facultates & preparationes continentem 8. Basileæ ex officina Frobeniana. 1586.

GASPARVS VVOLFIVS, Tigurinus, Medicus elegans, & in professione Conradi Gesneri successor dignissimus, in publicum edidit: Viaticũ nouũ de omniũ fere particulariũ

morborũ cura auctoris incerti. Id tñ postea quidam Hollerij esse docuit, simul falso & inhumaniter Vuolphiũ accusans quasi eius rei conscius sibi alienũ laborem vendicare voluisset: verùm hic vicissim apologia publicata calumnias hasce refutauit. Tiguri excud. Froschouerus in 8. Harmoniam Gynæceorum ex Cleopatræ, Prisciani Moschionis & incerti cuiusdam muliebrium libris concinnatam: superfluis ac repetitis omnibus recisis. Moschionis Medici Græci recentioris, de passionibus mulierum lib. Græcum, Gesneri opera emendatum, edidit. Hæc aũt excusa sunt Basileæ. 4. cum aliis autoribus eiusdem argumenti, apud Thom. Guarinum 1585. Librũ de aquis, oleis, salib. & lapide philosophorum, sub nomine ficto Diodori Euchyontis de Polychymia, ex Germanico libro incerti auctoris tr. addita præfatione, de Chymicę artis præstantia & cõmendatione. Edidit etiam Euonymi parté secundam Thesauri, à Gesnero concinnatam: addita est huic apologia de Viatici noui editione ad titubantem Antonij Valetij linguã. Tiguri apud Froschouerum in 8. Hypothesin seu pollicitationem Historiæ Stirpium Conradi Gesneri, impressam in 4. cum vita Gesneri. Epistolarum Medicinalium Conradi Gesneri lib. 3. in 4. 1577. Eiusdem Gesneri Aconiti primi Dioscoridis Asseueratio: de Oxymelitis Elleborati vtriusq; descriptione & vsu libellum, Emendationes nouas, in Q. Sereni

geni poetæ & medici librum, de morborum curatione, vnà cum indice quintuplici Epithetorum & morborũ aliarumq́; rerum, quibus idem autor est vsus. Alphabetum Empiricum, siue Dioscoridis & Stephani Atheniensis de remediis expertis librum è Græco Latinũ fecit 1581. Quin & in eundem authorẽ, qui Græcè M.S. ab eo asseruatur, annotationes scripsit, nondũ editas. Editioni præterea parauit Dominici Vincẽtini Arcignanei, de ponderibus & mensuris medicinalibus libros 3. ex Græcis, Arabicis, & Latinis rei Medicæ scriptorib. diligentissimè conscriptos, non Medicis modò, sed omnibus literarum linguarumq́; studiosis perutiles futuros: ante annos multos in Italia primùm editos, nunc autem à Gesnero emendatos, quibus adiuncti sunt alij libelli eiusdem argumenti, cum Vvolphij alphabetica enumeratione virorum illustriũ, qui de ponderibus & mensurarum doctrina, vel integros libros, vel tractatus, vel etiam obiter tantùm in suis libris scripserunt. Aphorismorum Hippoc. methodus noua, partim Achillis P. Gasseri opera, partim Gesn. emendationib. illustrata, præfixa omniũ Aphorism. tabula: edita est 1586. vna cum catalogo eorũ omnium q tum in Aphorismos, tum cæteros omnes Hipp. libros aliquid laude dignum scripserunt, Casp. Vvolphij opera collecto. Habet præterea alia, vt de experimentis paratu facilibus librũ partim ex nonnullis impressis, partim nunquã priùs impressis in vnã methodum redactum,

PARTITIONES medicas maxima ex parte absolutas, quæ paulatim, Deo dante, prodibũt: Conradi item Gesneri libellum de collectione Stirpium, &c. à se illustratum denuò edidit. 8. Tiguri 1586. floret Tiguri vir doctissimus & humanissimus anno ætatis 57.

• GEBERVS, siue GEBRVS Arabs scripsit in Chymia.

• GENTILIS FVLGINAS, Medicus, scripsit in Auicennam commentariorum lib. 5. contra pestilentiam lib. 1. de febribus lib. 1. de Medicinæ ponderibus lib. 1. (hic extat cum aliis eiusdem argumenti scriptoribus apud Ioannem Mareschallum Francfurti 1584. in 8.) Eius commentarij in Auicénam duobus tomis impressi olim Papiæ, ex quibus 7. chartæ postremę continent Receptas, hoc est, medicamenta composita Gentilis super prima quarti Auicennæ. libellus de diuisione librorum Cl. Galeni, eorumque ordine & numero impressus olim Venetiis cum Hali commentario in arté Galeni. Commentarij super tractatu pulsuũ magistri Ægidij Venetiis. 1494. cum eiusdem Ægidij libello de vrinis per ipsummet exposito: & Basileæ 1529. Expositio super tractatibus Auicennæ de Lepra, & de dislocationibus ac fracturis. Vide suprà in Dino de Garbo, vbi Florentinus patria dicitur: Tractatus de proportionibus medicinarum miscédarum & de modo inuestigandi complexiones illarum, & ad sciendum conuenientem dosin cuiuslibet

medicinæ

medicinæ solutiuæ. Impressus in Italia 1485. Symphorianus Campegius addit eum scri psisse consiliorum in omnes morbos lib. I iustractatus duo de Balneis, excusi sunt netiis apud Iuntas 1552. cum diuersoru... torum scriptis de Balneis. Claruit 1310.

• GEORGIVS AGRICOLA Medicus, diligentissimus Naturæ scrutator, qui meritò palmá refert inter eos qui de re Metallica scripserunt, in suis operibus Metallicis paßim multa ad medicum vsum spectantia inserit: scripsit etiam priuatim de peste. Florebat 1555.

• GEORGIVS BERTINVS Campanus scripsit Medicinam viginti libris contentam, in qua mutuus Arabum & Græcorum consensus, legitima veteris Medicinæ aduersus Paracelsistas Defensio, vera Animaduersionũ Argenterij in Hippocratem & Galenum Confutatio, dilucida controuersiarum & locorũ difficilium Explicatio, atque accurata rerum nouarum hoc seculo Obseruatio continẽtur. folio Basileæ apud Conradum Vvaldkirchium 1586. chartis 114. Eiusdem de consultationib. Medicorum, & Methodicæ febrium curationis commentariolus. 8. ibidem 1586. floret apud Metenses.

GEORGIVS COLLIMITIVS Tanestetterus Physicus, scripsit de applicatione Astrologiæ ad Medicinam, deque conuenientia earũdem. de ratione dierum criticorum canones: super eadem re Axiomata nouem, de diebus

criticis vestigandis ex figura cœli, & puncto temporis quo laborare cœpit infirmus. de Naturis & proprietatibus planetarum compendium. Item de administratione pharmacorũ & phlebotomia canones postremi, Iudicium tempestatum.

GEORGII DARDANI, Medici Placentini, tractatus quatuor de lue Venerea & ipsius curatione. Eiusdem annotationes centũ in simplicium materia. Papiæ apud Hieron. Bartholum 1568. 8.

GEORGII FRANCIOTTI, Medici Lucensis, tractatus de balneo Villensi, in agro Lucẽsi posito. Venetiis à Iuntis cum aliis eiusdem argumenti libris.

GEORGII HONDERLAGII Medici opusculum de medicina contra pestẽ, & aliis præseruatiuis pharmacis.

GEORGII de HONESTIS Florentini super antidotarium Mesuæ.

GEORGIVS IOACHIMVS Rheticus, Medicus & Mathematicus summus quædam in Medicina, & in Chymia scripsit: quæ nescio an excusa.

GEORGIVS KRAVT Medicus, Galeatij de S. Sophia Practicam correxit, & in lucem protulit, adiecto libro in artem paruam Galeni de principiis vniuersalibus totius Medicinæ, tam theoricæ quàm practicæ, qui ex doctrina Auicennæ & aliorum congestus, vt ha-

vt habet inscriptio, in tabulas magna ex parte digestus est. chartis 18.

GEORGIVS MELICHIVS Augustanus Pharmacopœus Venetus conscripsit rationem componendorũ medicamentorum, quorum hodie vsus est, quem librum in Latinum sermonem trans. Samuel Keller Medicus Anhaltinus 4. Vvitebergæ apud Cratonianos 1586.

GEORGII PHAEDRONIS Rodochei Medici, Chirurgia minor, hoc est, omnium vlcerum perfectæ curationis methodus 1562 Halopyrgicæ siue Iatrochemica pestis epidemicę curatio. Item Chirurgia: Basileæ cum libris Theophrasti de spiritibus planetarũ 1571. in 4. contra hunc scripsit Bernhardus Dessennius.

GEORGII PISTORII Villingani, apud Regiam curiam Ensishemij superioris Alsatię archiatri, tuendæ sanitatis ratio, septem dialogis per sex rerum non naturalium ordinem conscripta, & denuò locupletata. 1549 Basileæ apud HenricPetri. Rei Medicæ compendium. de Cura omnium morborum. Sanitatis tuendæ modus. Regulæ generales omnium morborum. Medicinales Quæstiones. Scholia in Theoderici Vlsenij Frisij libellum de pharmacandi ratione. de peste & papulis puerorum, &c. omnia hæc impressa Basileæ apud Henricpetri. de Dolore capitis præseruatiuum & curatiuum Medicinæ simplices compositæ ad omnium partium corporis affectus.

De ratione mittendi sanguinē, & cucurbitularum vsu. Commentaria in Q. Serenum. de apibus, cera & melle & quæ ex his conficiuntur. ζωογραφίαν quorundam animalium naturas & proprietates rem medicam concernentes continens.

GEORGIVS PYLANDO, Germanus, transtulit Hippocratis lib. 4. de morbis, quos Vvechelus excudit Parisiis. idem de morbis mulierum scripsit.

GEORGIVS RIPLAY Anglus quædā scripsit in Alchymia.

GEORGII SALMVTH, disputationes tres Monspessuli in Gallia habitæ 1578. & 1579. Lipsiæ editæ 1580.

GEORGII VALLAE Placentini, de corporis commodis & incommodis libri 3. quorum primus totus de anima, secundus de corpore, tertius verò de vrinis ex Hippocrate, ac Paulo Ægineta, deque Galeni quæstionibus in Hippocratem.

GERARDI BERGENSIS Medici Antuerpiani, de præseruatione & curatione morbi articularis & calculi libellus. Antuerpiæ apud Plantinum. Eiusdem de pestis pręseruatione.

GERADI BOLDERII Medici liber de balneis Chalderianis in agro Veronensi.

GERARDVS BVTVSVS Parisiensis Medicus, commētarios scripsit in Constantini Monachi viaticum.

GERARDVS CREMONENSIS, Medicus, scripsit

scripsit Introductorium medicinæ lib 1. Commentarium in viaticum Constantini monachi lib. 1. transtulit canones medicinæ in Toleto de Arabico in Latinum, quos princeps Aboali edidit. Ex Arabica lingua in Latinam vertit canones Auicennæ 5. quos habemus impressos. Rasis practicam & Antidotarium, vt vocant, & diuisiones. Librũ Albengenefit de virtute medicinarum & ciborum. Commentarios quosdam in prognostica Hippocratis, qui cum Ioannicio olim excusi sunt cum veteri simul & noua textus prognosticorum translatione. Ars parua Galeni eodem interprete, ibidem habetur. Idem tr. Ioannis Serapionis practicam medicinam.

GERARDVS DORN Theophrasti Paracelsi libros aliquot transtulit, & ipse nonnullos conscripsit.

GERARDVS de SOLO, Gallus, Medicus scripsit in 9. ad Almansorem lib. 1. de gradib. medicinę lib. 1. de febribus lib. 1 Introductoriũ iuuenũ, quę extant excusa in Italia, excepto libro in 9. ad Almansoré, qui cum cõmentario eiusdẽ super primã fen primi canonis & partẽ secundi, item Summa de conferentibus & nocentibus: de Custodia sanitatis, Aggregationibus de crisi & criticis diebus, & de pronosticationibus: item super viaticum Constantini, manuscriptus extat apud Marcum Dresserum Germanum.

GERMANI GOVRTIN, oratio cõtra Para-

De ratione mittendi sanguinē, & cucurbitularum vsu. Commentaria in Q. Serenum. de apibus, cera & melle & quæ ex his conficiuntur. ζωογραφίαν quorundam animalium naturas & proprietates rem medicam concernentes continens.

GEORGIVS PYLANDO, Germanus, transtulit Hippocratis lib. 4. de morbis, quos Vvechelus excudit Parisiis. idem de morbis mulierum scripsit.

GEORGIVS RIPLAY Anglus quædā scripsit in Alchymia.

GEORGII SALMVTH, disputationes tres Monspessuli in Gallia habitæ 1578. & 1579. Lipsiæ editæ 1580.

GEORGII VALLAE Placentini, de corporis commodis & incommodis libri 3. quorum primus totus de anima, secundus de corpore; tertius verò de vrinis ex Hippocrate, ac Paulo Ægineta, deque Galeni quæstionibus in Hippocratem.

GERARDI BERGENSIS Medici Antuerpiani, de præseruatione & curatione morbi articularis & calculi libellus. Antuerpiæ apud Plantinum. Eiusdem de pestis pręseruatione.

GERADI BOLDERII Medici liber de balneis Chalderianis in agro Veronensi.

GERARDVS BVTVSVS Parisiensis Medicus, commētarios scripsit in Constantini Monachi viaticum.

GERARDVS CREMONENSIS, Medicus, scripsit

scripsit Introductorium medicinæ lib 1. Commentarium in viaticum Constantini monachi lib. 1. transtulit canones medicinæ in Toleto de Arabico in Latinum, quos princeps Aboali edidit. Ex Arabica lingua in Latinam vertit canones Auicennæ 5. quos habemus impressos. Rasis practicam & Antidotarium, vt vocant, & diuisiones Librū A. bengenefit de virtute medicinarum & ciborum. Commentarios quosdam in prognostica Hippocratis, qui cum Ioannicio olim excusi sunt cum veteri simul & noua textus prognosticorum translatione. Ars parua Galeni eodem interprete, ibidem habetur. Idem tr. Ioannis Serapionis practicam medicinam.

GERARDVS DORN Theophrasti Paracelsi libros aliquot transtulit, & ipse nonnullos conscripsit.

GERARDVS de SOLO, Gallus, Medicus scripsit in 9. ad Almansorem lib. 1. de gradib. medicinę lib. 1. de febribus lib 1 Introductoriū iuuenū, quę extant excusa in Italia, excepto libro in 9. ad Almansorē, qui cum cōmentario eiusdē super primi fen primi canonis & partē secundi, item Summa de conferentibus & nocentibus: de Custodia sanitatis, Aggregationibus de crisi & criticis diebus, & de prognosticationibus: item super viaticum Constantini, manuscriptus extat apud Marcum Dresserum Germanum.

GERMANI COVRTIN, oratio cōtra Para-

celsum, extat Lutetię exc. in 4. chartis ferè 15.

GERMANVS SEILERVS, Augustæ Vindelicorũ Medicus Cl. edidit vnà cum aliis reip. medicis libellum de peste.

GILBERTVS, natione Angl9, scripsit de morbis particularib. lib. 1. item librum qui inscribitur Thesaurus pauperum. Gilberti Anglici de Anglica, comment. in Secretariũ practicæ Ioan. Iacobi, quæ apud quendam in Germania M. S. extant. Compendiũ medicinæ Lugduni excusum.

GILBERTVM quendam, qui de mensuris & põderibus scripserit, M. Fabius Caluus Hippocratis interpres allegat.

GILBERTVS COGNATVS Nozoren9 scripsit Commentaria in Gal. exhortationem ad bonas artes: de optimo dicẽdi genere: & qualem esse oporteat medicũ. Insigniũ Medicinæ sententiarũ collectanea, item alia pleraque in Medicina. floruit in Burgundia 1560.

GILBERTVS LEGLEVS, scripsit de viribus aquarum & specierum lib. 1. Compendium Medicinæ lib. 7. de iudicio patientis lib. 1. Practicam Medicinæ lib. 1. de particularib. morbis lib. 1. Thesaurum pauperum lib. 1. In Prognostica Hippocratis lib. 1. in Aphorismos eiusdem lib. 1. claruit 1210.

GILBERTI LIMBVRGII Medici, conciliatio Auicẽnæ cum Hippocr. & Galeno impressa Lugduni à Gryphio 1541.

GILGILIDIS cuiusdã liber inter alchymisticos

sticos nominatur, nō tamē impressos videtur.

GIPTIANVS citatur in Tacuinis Elluchasem Medici.

GIRARDI NOCITOSICI expositio super libro simplicium medicinarū Neapoli.

GISSIBERTI HORSTII Amsterodami, de turpeto & thapsia libellum, Romæ Antonius Baldus excudit 1544. quaternionibus 2.

GLAVCIAS glossographus Hippocratis, teste Erotiano: ab Athanæo verò citantur Glaucionis γλῶσσαι.

GLAVCIAS Medicus aliquid scripsit de herbis, circa carduos diligentissimus, referente Plinio lib 20. cap. 23.

GRAECINVS, qui Cornelium Celsum transcripsit, citatur à Plinio lib. 14. cap. 2. & lib. 15. & 16.

GVALTHERIVS de dosibus medicinarum.

GVALTHERI (vide cuius) Practica de qualibet ægritudine, quæ per vrinam manifestari potest: M. S alicubi in Germania.

GVALTHERI BRVELE Praxis Medicinæ Theorica & Empirica familiarissima: in qua pulcherrima dilucidissimaq; ratione morborum internorum cognitio eorumque curatio traditur. fol. Antuerpiæ 1580.

GVALTHERVS HERMENIVS RIFFVS, Argentinensis Germanico sermone multa edidit, præsertim in re medica, Anatome, Pharmaceutica, & Chirurgica: quæ partim

Argentinæ, partim Francfurti. idem scripsit de obstetricatu, & accidentibus ante & post partum, & in partu, & morbis infantium. Item de ratione victus & cibis conuenientibus in diuersis morbis. de Thermis Ferinis & earum recto vsu. de Destillationibus, de Electuariis, Confectionibus, Conseruis, &c. præparandis. de Cura luis Venereæ per Guaiacum. de Victus ratione & curatione tempore pestis. Iatromathematicæ, h. e. medicationis accōmodatę ad astrologicā rationem Enchiridion. de Crisi deque inuentione dierum Criticorum, indicationum, intercadentium & vacuorum, cum canonibus. de Interpretatione somniorum. Fuchsij praxin in Germanicum transt. Dioscoridis libris à Ruellio translatis imagines crassiuscule fictas, & breues explicationes adiecit. folio Francfurti apud Christianes Egenolphum 1545. Reformationem Apothecarum Germanica lingua edidit; horum multa Latinè extant.

GVIDONIS Bergomatis de balneis Transcherij oppidi Bergomatis scripta, impressa cum aliorum auctorum scriptis de iisdem in 4. Bergomi, 1582.

GVIDONIS de CAVLIACO Galli Chirurgiæ tractatus 7. cum antidotario impressi Venetiis 1499. cum multis aliis libris Chirurgicis, & Lugduni 1572. in 8. & alibi. Eiusdem Lapidarius, de coniunctione animalium ad se inuicem: de Physiognomia; M.S. apud M. Dresse-

Dresserum. Eiusdem Formularium auxiliorũ vulnerum & vlcerum. &c. item Consilia medica, M. S. habet Ioann. Schenckius Medicus Friburg Brisgeiæ.

GVILELMVS quidam Theophrastum ante Gazam barbarè transtulit. vt ipse Gaza in præfatione scribit.

GVILELMVS ADOLPHVS SCRIBONIVS Ideam Medicinæ secundùm Logicas leges informandæ & describendæ scripsit. 8. Lemgouiæ 1584.

GVILELMVS BILLINGESLAR, scripsit Epitomen Alchymiæ lib. 1. Claruit 1550.

GVILHELMVS BOTONER Anglus Equestris ordinis, scripsit Collectiones Medicinales. Claruit 1460.

GVILHELMVS BRIXIENSIS scripsit Practicam Medicinæ.

GVILHELMVS COPVS Basiliensis Medicus inter Galeni scripta trans. de locis affectis lib. 6. de morborum differentiis lib. 1. de morborum causis lib. 1. de symptomatum differentiis & causis lib 3. qui omnes cum Latinis Galeni operibus variis in locis excusi sunt. Item Pauli Æginetæ præcepta, Hippocratis prognostica.

GVILHELMVS DALTON, Anglus, Doctor in Medicinis, scripsit quandam practicam lib. 1.

GVILH. GRATAROLVS, Bergomẽsis. Medicus scripsit librum de memoria reparanda,

augenda seruandaque omnimode remedia & præceptiones continentem. Item librum de prædictione morú naturarumque hominum, facili, ex inspectione partium corporis. Ambo excusi Tiguri apud Andream Gesnerum octern.10. & Basileæ à Nicolao Episcopio. prognostica naturalia de temporum mutatione perpetua, ordine litterarum Basileæ à Iacobo Parco excusa 1552. chartis 2. Adiecta sunt vndecim signa Terræ motus, &c. de Thermis Rhœticis, & Vallis Trascherij agri Bergomatis librum, Venetiis apud Iuntas cum aliis similibus Compendium de tuenda valetudine literatorum, & eorum qui magistratu funguntur, illorum præcipuè qui in ætate consistentiæ vel ab ea parum absunt. de Vini natura, artificio & vsu, deque omni re potabili. de peste Theses. Hæc duo impressa sunt Basileæ. 8. apud Henric. Petri 1565. scripsit præterea praxin Medicam. Correctiones & additiones in librum Italicum falsè attributum Gab. Fallopio, cuius titulus est, Secreta Fallopij. Censuram in primum librum Alexij Pedemontij in quo medica tractat. Modum faciendi quintam essentiam simplicem. de Viribus vsu ac mistione aquæ ardentis. Ioannem de Rupecissa de extractione quintæ essentiæ omnium rerum, potissimum pro vsu medico auxit optimis rebus, eiusdem aut similis argumenti. Chemicorum præcipuorum volumen, cum præfationibus

nibus, prolegomenis, & obscurorum aliquot locorum declarationibus. Præterea aliorum opera partim dudum edita, partim nunquam edita correxit, vti sunt: Petri de Albano vel Apano libellus de Venenis, ad manuscriptum exemplar: cui adiecit insuper multa eius argumenti vtilissima, nec antea in lucem edita. Chirurgicus libellus per iusta capita distinctus Gallica lingua scriptus. Scriptores qui consilia & curationes de sudore Anglico annotarunt, Theatrum Galenicum Aloisij Mundellæ, completum & in meliorem ordinem redactum. Thaddæi Florentini & Guilelmi de Brixia consilia medica. Eiusdem proficiscentium seu magnis itineribus diuersas terras obeuntium medicina, Coloniæ Agrippinę Petrus Horst anno 1571. Veræ Alchimiæ modus. in 4. obiit 1566.

GVILHELMVS GRISANT Anglus Medicus paucula medica scripsisse perhibetur Claruit 1350.

GVILHELMVS HOLME, Anglus Franciscanus, aliorum medicorum deflorator, scripsit de simplicibus medicinis librum 1. Claruit 1415.

GVILHELMVS HORMAN Sarisburiensis Anatomiam corporis humani lib. 2. scripsit obiit anno 1535.

GVILHELMI MAGISTRAT. Isagoge Therapeutica de pestis sæuitia, eiusque

curatione & præcautione Francfurti 1572.

GVILHELMI PANTINI Tiletani, Medici Brugensis, commentarij amplissimi in priores 2. Cornelij Celsi de re medica libros, & in reliquos annotationes breuiores quidem, sed quæ iusti commentarij vices, sicubi rei difficultas requirat, explere posse videantur. excus. Basileæ à Ioan. Oporino in folio.

GVILELMVS CIVIS Placentinus, scripsit de vniuersali medicina lib. 4. in Chirurgia lib. 1. & alia quædam. Extat eiusdem liber de scientia medicinali, pro perfectis præcipuè scriptus, qui Summa conseruationis & curationis appellatur, & vulgò GVILIELMINA: item Chirurgia impressa Venetiis 1502. apud Octauianum Scotum. GVILELMI PLACENTINI de SALICETO, Practica M. S. M. Dresserus.

GVILELMVS PLANCIVS Cenomanus Medicus doctissimus, Galeni commentarios in Aphorismos Hippocr. Latinitate donauit, & annotationibus illustrauit excusos Lugduni. Eiusdem studio Ioannis Fernelij, cuius, opinor, gener fuit, vniuersa Medicina postremùm elimata, & liber Therapeutices 7. elegantissimis & doctissimis scholiis illustratus fuit. in folio & 8. Francfurti apud Vvechelum 1578.

GVILELMVS PVTEANVS, scripsit defensionem Ioannis Mesuæ Medici, Aloen aperire ora venarum, aduersum Ioannem Manardum

dum & Leonardum Fuchsium, & alios impressam. Lugduni anno 1537. Eiusdem libri 2. de medicamentorum purgantium facultatibus, quorum prior eam facultatem, quæ à substantiarum similitudine succos trahere & purgare Medicis multis dicitur, ab omnium purgantium consortio explodit: posterior autem omnium purgantium medicamenta, veram & germanam rationem certa methodo, atque ordine nosse demonstrat; Excusi sunt Lugduni apud Matthiam Bonhomme 1552. in 4. floruit Gratianopoli in Delphinatu.

GVILELMI RONDELETII Monspeliensis, & ibidem Professoris Regij, viri doctissimi & experientissimi, de cognoscendis morbis, de lue Venerea, de febribus, methodus curandorum omnium morborum, de compositione medicamentorum, pharmacopolarum officina, de fucis. omnia simul impressa Parisiis in 8. apud Carolum Maceum 1573. chartis 89. & dimidia: item Lugduni 8. apud Rouillium 1585. Eiusdem de ponderibus, siue iusta quantitate & proportione medicamentorum, Patauij excudit Hieron. de Gilbertis: & Lugduni 1560. Ioan. item Mareschallus cum aliis eiusdem argumēti scriptis 8 1584. Vitam eius à Iouberto descriptam habes in ipsius operibus excusis Lugduni in folio 1582. vbi quoque Ioubertus librorum Rondeletij catalogum hunc adscripsit: Medicina practica: cui præter ea quæ dudum excusa sunt & publicata, sequen-

tia accesserunt, primum totius operis locum occupatura ex autoris instituto: de impedimentis generationis. de affectibus grauidæ, parturientis, & puerperæ. de affectibus infantium & puerorũ. de morbis hereditariis. quatuor hi tractatus amplissimi (verba sunt Iouberti) in multa capita diuisi, æquant ferè molem illius operis Practici, quod inscio autore dudum venit in lucem. Et ne quis D. Ioubertum (huic enim hos & reliquos, de quib. mox, libros suos manuscriptos testamento reliquit Rondeletius) insimulet fraudis, quod tractatus hos non publicet, rogat ipse typographos totius Europæ omnes, vt heredibus Rondeletij satisfaciant, trecentos aureos illorum causa petentibus, & ab ornatissimo D. Francisco Villario Lugdunensis Senescalli suppræfecto seu locum tenente (cui opus commisit Ioubertus custodiendum, ante annos duos cùm hæc scriberet) qui numerarit, accipiat. atque sic fidem suam liberat, vt omni calumnia vacet. Intercessurum verò se pollicetur apud heredes, pro eo qui paulò minore pretio, quàm hactenus petierint, volumen sibi comparare volet. Quæ sequuntur, omnia sunt imperfecta: inchoati videlicet tractatus, vel Commentarij, & minimè absoluti. COMMENTARII in aliquot Hippocratis Aphorismos, in Aristot. librũ de mistione & miscibilibus. in aliquot capita libri primi Dioscoridis, in Galeni Artem paruam, de constit. artis. Introductorium Me-

dicinæ.

dicinæ. de Temperamentis, de locis affectis, Quos quando & quibus purgare oporteat. de paratu facilibus. Anatome, Chirurgia, Dialectica, Agricultura. Apologia ad Gorrhæum. Apologia ad Cardanum. Commentarij in aliquot Dauidis Psalmos. atque hæc ex Iouberto transcribere placuit, vt omnes intelligant quale fuerit studium Rondelet. publicũ bonũ promouendi Obiit vero magno cũ omniũ luctu Monspessuli 30. Iulij 1566. ætatis suæ 58.

GVILHELMVS ROVILLIVS Typographus Lugdunensis diligentissimus, præfatus est in Historiam generalem plantarum in libros 18 per certas classes artificiosè digestam, à se excusam elegantissimè & magno sumptu: habet autem icones omnium simplicium accuratissimas, & descriptiones ex omnibus autoribus copiosissimas: ferunt autem Iacobum Dalechampium (nullius enim nomen præponitur) præcipuum collectorem & auctorem esse. excusa est in magno folio anno 1587. chartis 510. pollicetur Appẽdices si suppetat materia vti vnam iam dedit quæ cum ipso opere prodiit.

GVILHELMVS SALICETVS Medicus edidit tractatum de salute corporis. Lipsiæ 1495.

GVILHELMVS SEYTON Doctor Medicinæ scripsit de curatrice chirurgia lib. 1.

GVILHELMVS TVRNERVS Anglus, omni bonarum literarum eruditione, Latinus, Græcus, Rhetor & Poeta clarissimus, scripsit de naturis herbarum lib. 1.

GVILHELMI VARIGNANAE secreta sublimia ad varios curandos morbos, additis nonnullis flosculis. impressa Lugduni 1526 Eiusdem opera medica de curãdis morbis particularibus & vniuersalibus, febribus, apostematibus & vlceribus, de venenis, de faciei & totius corporis mundificatione: Henricpetri excud. 1545. in 8.

H

H. B. P. Medicus, scripsit annotationes breues in Dioscoridem (quod ad notitiam singulorum simplicium attinet) ex Matthioli commentario ferè translatas, cum translatione Ioan. Ruellij, adiectis etiam figuris. Balthasar Arnoletus excudit Lugduni in 8. 1552.

HALI Abbas, & Ioannis Serapionis compositio Pharmacorum Arabicè extiterunt apud Guilelmum Postellum.

HALI RODOHAM Ægyptij Cõmentarij in artem paruam Galeni, impressi Venetiis cum Ioannitio.

HAMVEL quidam Chymicus scriptor, commentator senioris, citatur ab Hortulano Philosopho.

HARTMANNI SCHEDELII consilium de peste & alia medicinalia.

HECTOR GIBALDVS Medicus, Gallus scripsit commentarios in Galeni libros de febribus, complectentes vniuersa ferè quæ ad

febrium cognitionem spectant.

HEGETOR Medicus, citatur à Galeno in lib. de dignosc. pulsibus.

HELIDEVS Medicus, professor Bononiæ doctissimus, composuit libros de medicamentis simplicibus & compositis humores euacuantibus.

HELIODORVS Atheniensis citatur à Galeno, qui, ea quæ de compositis venenis scripsit, reprehendit. scripsit etiam Heliodorus Medicus, Galeno ætate superior, de fasciis.

HELII EOBANI Hessi Germani poetæ venustissimi, præcepta salubria carmine elegiaco scripta: siue liber de bona valetudine conseruanda, Francofurti, cum notis P. Hassardi 1568. 8. chartis 8.

HENRICVS BEBELIVS Iustingensis, Germanus, scripsit de nominibus morborum corporis humani Græcis & Latinis.

HENRICVS DANIEL Dominicanus, Philosophus & Medicus, composuit opus quod vocat Manipulum florum lib. 1. de Vrinarum iudiciis lib. 1. floruit 1379.

HENRICVS GVNDELFINGER, canonicus Ecclesiæ Beronensis, scripsit librum de Thermis Badensibus in Heluetia, ex quo Conradus Gesnerus quædam in suos libros de Thermis transtulit.

HENRICVS HVNTINGTONENSIS, Archidiaconus, scripsit de herbis, aromatibus & gemmis. fortè Medicè de iis loquitur. Claruit 1148.

HENRICVS MATTHISIVS Belga Actuarij opera quædam transtulit & recognouit. Claruit Pisis fortè circa annum 1526. legitur etiam alicubi CORNELIVS HENRICVS MATTHISIVS.

HENRICVS PANTALEON, Basiliensis Medic. historicus, Poeta Laureatus & Comes Palatinus inter multa alia pręclara, scripsit de pestis pręseruatione & remedio libellum. Floret ætate prouectus Basileæ hoc anno 1590.

HENRICVS RANZOVIVS eques Holsatus edidit de conseruanda valetudine librum, in priuatum liberorum suorũ vsum 8. Lipsiæ & Antuerpiæ 8. apud Plantinum 1585.

HENRICI de SAXONIA, Alberti M. discipuli, liber de secretis mulierum, impressus Augustæ, 1498. per Antonium Sorg.

HENRICI STAPEDII Agrippinatis, Medici Lugdunensis doctissimi opera decades duæ paradoxorum Laurentij Iouberti editæ sunt.

HENRICVS STEINHEYLL, scripsit librũ de curatione pestilentiæ.

HENRICVS de TOPELSTEIN Medicus, de iudicio astrorum, de curatione pestilentiæ, de Anatomia vtriusque sexus.

HERACLIDES HIEROPHILVS Erythræus, Medicus, Apollonij qui Mys cognominatur, discipulus, Straboni coætaneus. Strabo 14.

HERACLIDES NICESIVS Medicus,

commemoratur à Laertio.

HERACLIDIS PONTICI lib. 1. de causis morborum citatur inter reliqua ipsius monumenta à Laertio.

HERACLIDES TARENTINVS Medicus Mantiæ discipulus, qui postea Empiricorum sectam elegit, de Pharmacis & quædam alia in Medicina scripsit. Testatur autem Galenus ipsum de Comptoria scripsisse, quę deinde Crito coaceruauit: scripsit etiam quædam de medicamentis simplicibus teste Dioscoride, & de Pharmacorum apparatu & delectu. Citatur à Plinio lib 12. & eodem lib. citatur Heraclides Medicus tanquam diuersus ab hoc, & libro 23. & 4. sequentibus. Athenæus quoq; lib. 3. Heraclides Tarentinus (inquit) in symposio cucumerem vocat hedygæum.

HERAE CAPPADOCIS Medici fragmenta plurima, nobis salua sunt in libris Galeni de compositione secundùm locos & genera: fuit autem hic senior Andromacho, iunior Musa & Menecrate, teste Galeno.

HERCVLIS BONACOSSI de humorum exuperantium signis, ac serapiis medicamentisque purgatoriis opportunis liber. Eiusdem varia auxilia experimento cóprobata. de compositione Theriacæ cum eius substitutis. de modo præparandi aquam Guaiaci. de catharri curatione. de curatione pleuritidis, liber ex veteribus. de dysenteria. Bononiæ 1551. & aliis temporibus impressa.

tur: vt de sopore, exanthematum in febribus curatione, de tremoribus in febribus, de lumbricis, de vigiliis in febribus.

HEROPHILI, aut Thessali Galenus esse putat librum de diæta vel alimentis, Hippocrati adscriptum. Eiusdem liber de pulsibus ab eodem citatur. meminit eius Plinius initio 29. libri.

HESYCHII Medici Damasceni Suidas meminit, in Iacobo Medico.

HICESIVS de materia scripsit medicaminum, aut alimentorum: nam Athenæus non procul ab initio lib. 7. sententiam eius citat de myarum piscium cibo.

HICESIVS Medicus citatur à Plinio lib. 20. & septem seq. ab eodem quoque lib. 15. citatur Hicesius qui de conditura vini scripserit.

HIEREMIAS MARTIVS Augustanus, Nonum de omnium particularium morborum curatione tr. & edidit, Argentinæ Iosias Rihelius 1568. in 8. Iacobi Greuini de venenis libros ex Gallicis Latinos fecit, Antuerpiæ Plátinus excudit. Nicolai de Metri librum de curandis plerisque externis & internis humani corporis morbis in publicum edidit.

HIEREMIAS THRIVERVS Brachelius scripsit Commentaria in Hippocratis Aphorismos, & de sectione venæ in pleuritide. Idem scripsit Commentaria in Hipp. de ratione Victus in acutis, impressa Lugduni apud Beringos fratres anno 1552. octern. 11. Et in eiusdem

Scriptis habētur cōment. in lib. Gal. de temp. & artē paruā. Aur. Corn. Celsi de sanitate tuenda librum castigauit, & commentariis illustrauit: Matth. Grommius excud. Antuerpiæ 1539. octern. 8. Edidit etiam orationem ad Studiosos Medicinæ de duabus hodie sectis ac ipsarum Methodo, impressam Antuerpiæ apud Martinum Nucium anno 1544 octern. 2. Item disceptationem cum Aristotele & Galeno super natura partium solidarum, & Argumenta multarum aliarum disputationum, in quibus varia asseruntur paradoxa, hactenus incerta aut omnino incognita, excusa Antuerpiæ 1543. octern. 3.

HIERON in Chirurgia quædam reperit. Celsus lib. 7.

HIERONYMVS ACCOROMBONVS, Eugubius, professor Medicinæ practicæ Patauij, scripsit tractatum de catarrho impressum Venetiis anno 1536. Item, de vsu & natura lactis, Normbergæ anno 1538. Eiusdem tractatus de putredine, excusus est Venetiis apud Andream de Arriuabenis anno 1534. Claruit anno 1536.

HIERONYMI BALDVNGII Medici olim Tigurini, scripta quædam impressa extare ferunt.

HIERONYMVS CARDANVS, Mediolanēsis, & Medicinæ Professor Bononiæ, vir singularis ingenij, inter alia, in Medicina scripsit Contradicentium Medicorum librum, conti-

nentem

bentem contradictiones 108. de malo recentium Medicorum medendi vsu libellum, 100. errores illorum complectentem. Libellum de simplicium medicamentorum noxa & quòd componere oporteat. Excus. Venetiis 1545. in 8. in libro suo de libris propriis commemorat à se scripta, de pituita, de peste. librum Floridorum seu medicarum quæstionum, de Vrinis, de Purgationibus, de lue Venerea. Vitam Galeni, quæ edita nondum vidi. Extant eiusdem Commentarij absolutissimi in Hippocratis Prognostica, atque etiam in Galeni expositionem Basileæ apud Henricumpetri 1558. in folio: item commentarij in eiusdem Aphorismos. ibidem. In Hippocratis de aere, aquis, & locis opus, Commentarij: quibus & alia antè non impressa accedunt. ibidem folio. Podagrę encomium latinè ab authore scriptum & Germanicè posteà translatum. Eiusdem Commentaria in librum Hippocratis de alimento iam primùm in lucem edita 8. Basileæ 1582. Itemque opus nouum de sanitate tuenda, & vita producẽda cũctis Studiosis apprimè necessarium, in quatuor libros digestum, in folio Basileæ 1582. apud Henricumpetri. scripsit præterea de causis, signis ac locis morborum librum 1. 8 Basileæ ibidem 1583. Vitam suam copiosè descripsit in libris suis Geniturarum.

HIERONYMVS CASTELLVS Ferrariensis Medicus scripsit multa, quæ publicari noluit.

HIERONYMI CONFORTI, Medici Brixiani libellus de vino mordaci, Brixiæ apud Thomam Bazolam 1570. in 4.

HIERONYMI CRASSI Vtinensis Chirurgi tractatus de Tumoribus præter naturam, de solutione Continui, de Vlceribus. Eiusdem præfatio in Contradictiones & Cõciliationes Medicorum Nicolai Rorarij impressas Venetiis 1566.

HIERONYMVS DONZELLINVS, Brixiensis Medicus, libros quosdã Galeni Venet. impressos in officina Iuntarum cum cæteris Galeni operibus ad sermonem Græcũ recognouit, 1550. Itẽ Galen. de Ptisana librum de nouo tr. eiusdem Epistol. ad Iosephum Valdanium, de natura, causis, & legitima curatione febris pestilentis: in qua etiam de Theriacæ natura ac viribus latiùs disputatur. Venetiis 1570. in 4. emendauit etiam Commentaria Leonardi Iacchini in nonum Rasis ad Almansorem & edidit: Basileæ Petrus Perna excudit in 8. præthereà cum aliis quibusdam synopsin commentariorum de peste 8. Norimb. 1583.

HIERONYMVS FRACASTORIVS summus Philosophus, Medicus, Mathematicus & Poeta, de lue Venerea lib. tres ad Petrũ Bembum heroicis versibus elegantiss. conscripsit, quos impressit Basileæ Bebelius 1536. Itẽ Homocentrica & de causis criticorum dierum per ea quæ in nobis sunt. Venetiis 1538. Item de Sympathia & Antipathia lib. 1. de contagione

ne & contagiosis morbis, eorumque curatione lib. 3. Venetiis 1546 & Lugduni apud Guilelmum Gazeium 1550. in 16. Opera Fracastorij simul vno volumine impressa sunt Venetiis 1555. apud Iuntas in 4. extat eiusdem de vini temperatura sententia. Obiit Patauij septuagenarius 1553.

HIERONYMI GABRICINI Fanensis, commentarius de lumbricis aluum occupātibus, ac de ratione curandi eos qui ab illis infestantur. Excusus Venetiis ab Hieronymo Scoto anno 1547. octern. 9.

H. GABVCINII FANESTRIS de Podagra Commentarius. Venetiis 4. apud Baptistam Somascum 1569. chartis 17. cum dimidia. vide an idem cum priore.

HIERONYMI GABVCINI, Medici, de morbo comitiali lib. 3. In lib. Prognosticorum: de Morbis curandis: nescio an idem cum præcedentibus.

HIERONYMVS GEMVSAEVS Heluetius, Medicus & Philosophus eruditionis præclaræ, præfationes doctissimas & prolixas scripsit in Græca. Cl. Galeni opera: in Theophrasti opera Græca, in Ant. Fumanellum de febribus: vitam Galeni descripsit. Obiit Basileæ anno 1544.

HIERONYMI MANFREDI, Medici & Astrologi, Cētiloquium de Medicis & infirmis, Bononiæ apud Bacielierium 1488.

HIERONYMI MERCVRIALIS Foroliuié.

ßis Medicinæ Practicæ olim Patauij Professoris, nunc Bononiæ, viri doctissimi & elegantissimi, de Morbis cutaneis & omnibus corporis humani excrementis libri quinq; Variarum lectionum libri 4. in quibus compluriu, maximè verò Medicorum Scriptorum loca penè infinita vel corrupta restituuntur vel obscura declarantur: Cũ Alexandri Tralliani epistola de lumbricis, nunc primùm Græcè & Latinè edita (quintus liber additus est nuper) Venetiis 4. & Basileæ 8. apud Petrum Pernam. Eiusdem repugnantia qua pro Galeno strenuè pugnatur cum Melchioris Guilandini papyro. Item epistola ad Andream Marcolinum, impressa cum Fallopij libro de aquis medicatis. Eiusdem de pestilentia, in quibus de peste in vniuersum, præsertim verò Veneta, & Patauina singulari quadam eruditione tractatur, Venetiis, & Basileæ. Eiusdem de Morbis muliebribus lib. 4. Venetiis, & cum aliis eiusdem argumenti libris opera Caspari Bauhini Basiliensis Medici & Professoris editi Basileæ anno 1586. apud Conradum Vvaldkirchium. Eiusdem quoque liber Responsorum & Consultationum Medicinalium prodiit Venetiis, & Basileæ ibidem 8. chartis 37. anno 1587. vti de Morbis puerorumꝗ, Venenis & morbis venenosis, atque Censura Hippocratea chartis 37. Galenum à se correctum Latinè, nuper, opinor, Venetiis emisit, Hippocratem

Græ-

Græcè & Latinè ex eius recognitione prodiit Venetiis apud Iuntas anno 1588. & heredes Andreæ Vvecheli Francofurti propediem, vt spero, suis typis excusum dabunt. Eius prælectiones de Compositione Medicamentorum Venetiis excusæ sunt in 4. anno 1590.

HIERONYMI MONTVI Sermones medicinales sex, quorum Primus inscribitur de Sectis: Secundus de disciplinis quæ Dogmaticis necessariæ sunt. Tertius de Dogmaticorum officio. Quartus de excellentia Dogmaticorum. Quintus de consiliis eorum. Sextus de stipendiis eorundem, excusi Lugduni apud fratres Trechsel anno 1544. octern. 3. Eiusdem liber de Humorum differentiis, ibidem excusus est. Medicinæ curatricis compendium eodem autore, excusum Viennæ in Gallia anno 1541. Extant etiam eiusdem libri, de sanitate tuenda. Aphorismi aliquot Medici in tres sectiones diuisi. De Medica theoresi liber 1. de purgatione ex doctrina Græcorum, Arabum & Latinorum. Anasceues morborum Tomus primus. Lugduni anno 1560. Viator seu Itinerarium de abditis naturæ. de actiua Medicinæ scientia Commentarij duo Halosis febrium. de Chirurgicis auxiliis. de infantium Morbis. scripsit etiam contra Leonardum Fuchsium.

HIERONYMVS REVSNERVS, vide, IODOCVS VVILLICHIVS.

HIERONYMVS RITIVS latinitate donauit Ficini Medici, patris Marsilij Ficini librum de pestilentia Italicè scriptum.

HIERONYMI RVBEI de distillatione liber, in quo varia ad praxin Medicam attinentia tractantur, Rauennæ apud Franciscum Theobaldum 4. 1585. & 8. Basileæ apud Henricpetri.

HIERONYMVS SVRIANVS, Venetus, edidit Iacobi Foroliuiensis Commētaria super 1. Can. Auicennæ, & præfationem addidit anno 1495.

HIERONYMVS TRAGVS Germanus Theologus, scripsit Germanico sermone Herbarium doctissimum & elegantissimum: dissertationes ac censuras aliquot super herbis nonnullis, quæ cum primo Tomo Herbarii Othonis Brunfelsij impressæ sunt. Idem scripsit librum Germanicum de alimētis impressum Argentorati 1550. quatern. 34. Eiusdem historiam stirpium Dauid Kyberus ex Germ. lingua in Latinam tr. Argentinæ 4. 1552. chartis 166 cum indicibus sex. & addito libello Benedicti Textoris de differentiis stirpium. Eiusdem imagines stirpium absque descriptionibus ibidem excusæ in 4 anno 1553. Prætereà scripsit Regimen curatiuum contra dolorem capitis, Germanicè. de Morbis puerorum. Eius Herbarium Melchior Sebizius Silesius recognouit & multis experimentis auxit. folio Argentinæ Germanicè 1578. & 1587.

HILDE

HILDEGARDIS ABBATISSA. vide infrà in catalogo recentiorum Scriptorum Rei Herbariæ.

HIPPOCRATIS COI, Medici vetustissimi, & omnium aliorum principis, libri qui extant, impressi Græcè Basileæ in officina Frobeniana 1538. & Latinè apud Cratandrum. Sunt autem hi: Hippocratis genus & vita, secundùm Soranum, Iusiurandum Hipp. de Arte, de veteri Medicina. de Medico, medicive officio. de probitate & honestate. de Mente sensúve. de præceptis Medico seruandis. de lege Medici de Natura hominis lib. 1. de semine vel genitura, Polybij liber, vt placet Galeno: & eiusdem de ratione victus salubris. de Natura fœtus. de Carnibus, membrorúmve creatione. de septimestri partu. de octomestri partu. de superfœtatione. De extractione fętus in vtero mortui. de pueri dentitione. de Anatome. de Corde. de Gradibus per omnia membra. de natura ossium. de Locis in homine. de Cœli qualitate, siue de aere, locis & aquis. de Victus ratione priuatorum lib. 3. de sanguentium insomniis. de præsagiis ex insomniis. de alimento. de vsu humidorum. de Natura. de Humoribus. de flatibus. de Sacro morbo. de morbis lib. 4. de affectibus. de internarum partium affectibus. de virginum natura. de morbis virginum. de Natura muliebri. de morbis mulierum lib. 2. de sterilibus mulieribus. Supposititia quædam calci primi libri

de morbis mulierum adscripta. de Epidemiis, hoc est, passim grassantibus morbis lib. 7. de ratione victus in morbis acutis & grauibus, ptisanæque laudibus lib. 4. de iudiciis morborum, liber imperfectus. de diebus decretoriis. de morborum septimanis diebus. de potionibus medicis. de Veratro. de Lauationibus. de re Venerea. Aphorismorum libri 7. Prognosticorum libri 3. Prorrheticorum libri 3 Coacarũ præcognitionum lib. 1. de vulneribus capitis. de vulneribus lethalibus, siue perniciosis & periculosis. de fracturis. de articulis. de luxatis. de medici vulnerarij munere. Mochlicon, h. e. de curandis luxatis, siue de luxatorum fractorúmve ossium repositione. de vlcerib. de fistulis. de telorum extractione. de hæmorrhoidibus. de salubribus rebus de furore seu insania. de lotij signis & differentiis. de melancholia, vel atræ bilis agitatione. de visu oculíve acie. Epistolæ Hippocratis & aliorum, sunt autem istæ: Artaxerxis Regis magni Epistola ad Pœtum. Pœti ad Artaxerxem. Artaxerxis ad Gistanem Hyparchum Hellesponti. Hystanæ ad Hippocratem. Hippocratis ad Hystanem. ad Demetriũ. Hystanæ ad Artaxerxem Artaxerxis ad Coos. Coorum responsum. Senatus & populi Abderitarum ad Hippocratem pro curando Democrito, quem insanire putabant. Hippocratis ad Abderitas. ad Philopæmoné. Ad Dionysium ad Damagetũ. iterum ad Philopæmoné. ad Crateuam Herbarium, vt simplicia

plicia medicamina collecta mittat. ad Damagetum alia prolixa. Democriti ad Hippocratem: Huic epistolæ statim postponitur libellus de insania, in quo citat & librum de sacro morbo à se scriptum, & quintum Epidemiorum. Hippocratis ad Democritum. ad eūdem de helleborismo, ad filium Thessalum. Democriti ad Hippocratem de natura humana. Hippocratis ad Demetrium Regem præceptum salubre. Atheniensium decretum in Hippocratis honorem & immunitatem. de simulachro genij Hippocratis super tumulum apparētis. Thessali Hippocratis filij oratio, quæ legatio dicitur, habita in Senatu Atheniensi, cùm patriæ excidiū deprecaretur. de septimestri partu, fragmentum nothum, & imperfectum. Adiectæ sunt eidem editioni ad finem glossæ, siue obscuriores apud Hippocratem dictiones alphabeti ordine per Galenum expositæ. Alios autem sex huius nominis refert, omnes Coos, ex eadem familia, & medicinæ scriptores: unum nostri Hippocratis auum paternū, duos ex Thessalo & Dracone filiis nepotes, duos Thymbræi filios, & vltimum Praxianactis filium. Cæterùm hexecētabibli nomine, omnes sexaginta Hippocratis libros comprehendit Suidas: totidem enim, aut circiter, habemus, etsi minima illa opusculorū aliquot initia non adnumerentur. Porrò Hippocratis duæ epistolæ in principio Marcelli Medici, à Frobenio Basileæ excusi. Hippocratis breuissimam

diætam per singulos anni menses, Schottus excudit Argentorati 1544. de Medicamentis purgatoriis libellus, nuper inuentus, & excusus Basileæ apud Robertum Vvinter. Epistolæ eius Græcę in volumine epistolarum, quod Aldus olim excudit, habentur. Hippocratis Opera Latina, Iano Cornario interprete, Basileæ euulgata sunt in officina Frobeniana, ex eiusdem Iani Corn. recognitione in 8. Eiusdẽ epistolę, Rainutio Florentino interprete, excusæ sunt Basileæ ab Oporino. Eiusdem libellus de hominis structura editus est Venetiis 1552. in 4. apud Gryphium. Nonnulla etiam ipsius opera, in primis Aphorismi, variis in locis separatim prodierunt. Omnia verò ex recognitione Hieron. Mercurialis Gręcè & Latinè folio simul emissa sunt Venetiis in officina Iuntarum, & breui, in officina Vvechelorum Francofurti.

HORATII AVGERII à Monte Sancto de sanguinis missione lib. 3. Venetiis 1570. in 8. Eiusdem epistolarum medicinalium libri 12. 4. Augustæ Taurinorum.

HORATIVS LIMANVS, Galeni aliquos libros, Venetiis impressos cum cæteris Galeni operibus in officina Iuntarum 1550. Latinitate donauit, nempe de sophismatis quæ in verbis contingunt. An qualitates incorporeæ sint. An animal sit id quod in vtero est.

HVBERTVS BARLANDVS Galeni librum de medicamentis paratu facilibus transf. quæ

transla-

translatio inter cætera Galeni opera habetur impressa. Eiusdem Velitatio in Medicina, liber impressus.

HVGO de EVESHAM Medicus, scripsit super opere Febrium Isaac lib. 1. Medicinales Canones lib. 1. problemata quædam lib. 1. Claruit 1287.

HVGONIS FRIDEVALLIS, de tuenda sanitate lib. 6. Antuerpiæ apud Plantinum 1568.

HVGO SENENSIS, Italus, scripsit super primo Auicennæ lib. 1. super Aphorismos Hippocratis lib. 1. super artem Galeni lib. 1. & alia cōplura. Eius sup quart. Fen primi canonis Auicēnæ commentaria, vsque ad parag. in capite de enemate, Forma vero. Venetiis 1485. & Papiæ 1496. cum annotat. Iacob. de partibus, & aliorum insignium Medicorum: additum est etiam capitulum de phlebotomia, secundùm expositionem Hugonis. Eiusdem consilia seorsim excusa, & liber de febribus seorsim. Claruit 1430.

HVGONIS SOLERII scholia in duos priores libros de simplicibus Aetij.

HVGOLINI de MONTE CATINO Physici, librum de Balneorum Italiæ proprietatibus & virtutibus, Iuntæ impresserunt Venetiis 1553. cum diuersorum authorum scriptis de Balneis.

HVMAIN, aliàs HVMAY, author Arabs, Andromachi expositor, aliquot opera Hippocratis & Galeni commentariis suis explicauit.

Hunc eundem esse aliqui suspicantur, qui alio nomine IOANNICIVS dicitur. vide infrà.

I

IABES author ARABS, vt videtur, in Taculais Elluchasem Medici citatur.

IACOBI ALAXINI Medicæ aliquot disceptationes, excusæ Parisiis apud Vvechelum.

IACOBI ALKINDI Philosophi liber de gradibus medicaminum compositorum, impressus Argentorati 1531. Patauij, & Francofurti apud Ioann. Mareschallum cum aliis eiusdem materiæ Scriptoribus 1586.

IACOBI AVBERTI Vindonis de metallorũ ortu & causis contra Chymistas breuis & dilucida explicatio 8. Lugduni apud Ioan. Berion. Eiusdem duæ Apologeticæ responsiones ad Iosephum Quercetanum. in priore de Paracelsicorum Ladano & calcinatis cancrorum oculis differitur. in posteriore Chymiam esse vanã ostendit. 8. Lugduni. Eiusdem progymnasmata in Ioan. Fernelij libros de abditis rerum causis: quibus adduntur quorundam grauissimorum morborum curationes. 8. Basileæ per Sebastianum Henricpetri 1579. chartis 19. his, nisi quis præueniat, breui fortassè respondebitur. Eiusdem Σημειωτική, siue ratio dignoscendarum sedium malè affectarum, & affectuum præter naturam 8. Lausannæ apud Ioannem Chiquellæum, anno salutis 1587.

chartis

chartis 5. obiit Lausannæ 1586.

IACOBVS BERENGARIVS Carpensis, scripsit tractatum de fractura Cranei, excusum Venetiis 1535.

IACOBI BESSONI Galli, Delphinatis Mathematici ingeniosissimi, de absoluta ratione extrahendi olea & aquas à medicamentis simplicibus liber editus.

IACOBVS CARPVS, Chirurgiæ professor olim Bononiæ, scripsit Isagogen in humani corporis Anatomiam, quæ impressa est Argentinæ per Henricum Sybold cum figuris.

IACOBVS CORNETANVS Soldanellæ Herbæ volumine dicato laudes eius hepaticis prædicauit.

IACOBVS CORNICIVS Physicus in Emda Vrbe Frisiorum scripsit dialogum prophylacticum aduersus luis pestiferæ contagia excusum Vvittebergæ 1551. in 8. Item librum de luis Venereæ remedio per radicem Chynā. Item compendium rei medicæ forma dialogi.

IACOBI CVRIONIS dialogus, in quo primùm de Vmbratico illo medicinæ genere agitur, quod in scholis ad disputandum, non ad medendum comparatum videri potest. Deinde de illo recens ex Chymicis furnis nato altero. Basileæ apud Petrum Pernam 1570.

IACOBVS DALECHAMPIVS, Cadoniēsis Medicus, scripsit de peste libros 3. Lugduni

excudit Rouillius 1553. annotationes in Plinij Historiam mundi. fertur esse Collector insignis illius operis Botanici quod excusum est Lugduni in folio apud Guil. Rouillium (huius nomen vide suprà) 1587. obiit Lugduni 1587. vt audio.

IACOBI de DONDIS, qui & Aggregator Patauinus cognominatur, liber aggregationis in Medicina, impressus alicubi in Italia. Citatur etiam liber eius de viribus simplicium, & forsan is est qui Arnoldo de Villa noua à quibusdam attribuitur, quem tamen Arnoldi nō esse certum est.

IACOBVS FERDINANDI Bariensis, scripsit libellum de regimine à peste præseruatiuo, impressum Cracouiæ 1543.

IACOBVS FORLIVIENSIS, Philosophus & Medicus, scripsit de extensione graduum lib. 1. in primum Canonem Auicennæ lib. 1. in Hipp. Aphorismos lib. 1. in Artem Galeni librū vnum, Venetiis 1490. Cómentarij in Artem Galeni cum quæstionibus 91. Papiæ olim seorsim impressi sunt. Expositio super primo Canonis Auicennæ, cum quæstionibus 60. impressa Papiæ. Eiusdam expositio in Auicennæ aureum capitulum de generatione embryj, cum quæstionibus super idem excusa est Venetiis apud hæredes Octauiani Scoti 1518. in fol. Claruit 1440.

IACOBI GENGERI consilium de pestis regimine, præseruatione & cura, Philippus Vlhardus

hardus excudit Augustæ 1535. Sunt autem capita 27 Claruit 1534.

IACOBVS GAVPYLVS edidit annotationes in Alexandri Tralliani lib. 12. Græcos, & Rhaze librum Græcum de peste. Robertus Steph. cum iisdem operibus excudit 1548. Lutetiæ in folio. in præfatione promittebat eosdem Tralliani libros à se conuersos. Idem Dioscoridem cum suis castigationibus Græcè & Latinè è regione edidit, seruata tamen Ruellij translatione 1549. in 8. Actuarium de vrinis recognouit, adiutus, vt ipse fatetur, Iacobi Hollerij opera.

IACOBI GREVINI Claromontani Bellouaci, Parisiensis Medici de venenis libri duo Gallicè scripti, & posteà opera Hieremię Martij August. in Latinum sermonem conuersi 4. Antuerpiæ apud Plantinū 1571. Eiusdem partium corporis humani tum simplicium tum compositarum breuis elucidatio. Antuerpiæ cum Epitome Anatomiæ Vesalij: est aūt quidam typus solùm.

IACOBVS GVILLEMEAV Regius Chirurgiæ professor Latinitate donauit Ambrosij Parei Chirurgi opera.

IACOBVS HOLLERIVS Stempanus Medicus artis vsu experientissimus, scripsit de materia Chirurgica libros 2. Parisiis. apud Vvechelum 1543. Lugduni, Tiguri, & Francofurti. Eiusdem de morbis internis libri 2. illustrati eiusdem auctoris scholiis & obseruationibus.

Item Ludouici Dureti in eundem Aduersariis; & Antonij Valetij exercitationibus. Eiusdem Hollerij de Febribus, de peste, de remediis κατὰ τόπους Galeni lib. Omnia Antonij Valetij opera castigatiora & auctiora Paris. 1571. 8. Lugduni, Venetiisq́ 1572. & Francofurti apud Ioannem Vvechelum 16. 1589. Galeni librum de remediis paratu facilibus enarrauit publicè, vnde translatio Andernaci est emendata & annotatiunculis illustrata. Eiusdem in Aphorismos Hippocratis commentarij 7. doctissimi, per Ioannem Liebautium Medicum in lucem editi: eiusdemque scholiis illustrati 8 Parisiis apud Iacob. du Puys. Itemq́ue commentaria in Hippocratis Coaca præsagia cum interpretatione, folio Lugduni. obiit 1562.

IACOBVS HORSTIVS professor Medicinæ in Academia Iulia, Interpres & Scholiastes Lemnianus, scripsit opusculum de Vite vinifera eiusq́ue partibus, in quo tum vinorum tum aceti, tum etiam passularum differentia, vsus, substantia, complexio, vires & medicaméta complura, eaq́ue optima breuiter & eleganter traduntur. 8. Helmstadij apud Iacobum Lucium 1587.

IACOBI de MANLIIS luminare maius Apothecariorum, in folio.

IACOBVS MANTINVS Medicus Iudæus, ex Auicenna quædam transtulit in linguam Latinam, quæ Venetiis impressa sunt anno salutis 1543. Item Auicennæ

quartam

quartam Fen primi, ex Arabico sermone in Latinum conuertit, impressa est Haganoæ anno 1532.

IACOBVS MILICHIVS, Friburgensis, Brisgouius, vir omnium suffragijs summæ eruditionis & doctrinæ, mathematum & philosophiæ in schola Vuittebergensi scripsit orationem de Cordis partibus & motibus Quæstionem vtrum potus intra sitim continendus sit, an largiùs rigandum corpus. Obiit 1558. 10. Nouemb. Vuittebergæ.

IACOBI PACINI Bononiensis, de tenuis humoris febrem facientis ante purgationem per artem incrassatione: nec non Græcorum super hoc cum Arabibus conciliatione peracuta disceptatio. His plæraque alia ad medicam artem spectantia adiecta sunt. Eiusdem quæsitum, num in morbis iuxta Hippocratem & Galenum causa continens concedatur.

IACOBI de PARTIBVS opera quædam in re medica impressa sunt in Italia, & Lugduni 1496. apud Ioannem Treschel. Commentarij in quartam Fen primi Auicennæ, excusi. Ex Ioannis Mesuæ operibus tabulam congessit, ipse summulam inscribit, medicaminum compositorum, secundùm ordinem alphabeti, & affectuum singulorum quibus illa medentur. habetur excusa in appendice operum Mesuæ. In Alexandri iatri Tralliani sophistæ libros glossam reliquit interlineare;

Auicenna cum Iacobi de partibus expositione sunt tres magni tomi.

IACOBI PELETARII Cenomani Medici & Mathematici de conciliatione locorum Galeni sectiones duæ: de peste libellus; scripsit quoq; alia Medica, nescio an excusa.

IACOBI à REGIO consilia medica.

IACOBVS RVEFF, vrbis Tigurinæ Chirurgus de cóceptu & generatione hominis, & iis quæ circa hæc potissimum considerantur lib. 6. Tiguri, Francofurti, & Basileæ. Claruit 1554. Tiguri.

IACOBVS SCHEGKIVS Schorndorfensis, Germanus, publicus in Academia Tubingensi philosophiæ professor, vir doctissimus; scripsit de animæ principatu dialogum Aristotelis & Galeni rationes proferens, quibus ille cordi, hic cerebro principatum attribuit. Tubingæ apud Morhardum 15 42. de Causa Continente Medicorum librum; quo docet eam esse in morbis: refellens opinionem anonymi cuiusdam, qui eam prorsus in morbis nullam esse cótendit, Basileę. de Plastica seminis facultate liber, de calido & humido liber vnus. de primo sanguificationis instrumento liber I. Argentorati. 8. apud Bernardum Iobinum anno salutis 15 80. chartis 16. Eiusdem Tractationum physicarum & medicarum tomus vnus 7. libros complectens: quorum primus est de occultis & manifestis medicamentorum facultatibus, nec non etiam de fal-

de falsa opinione illorum, qui sola crasi elementorum, & non etiam forma substantiali, res inanimas subsistere censent. 2. purgantia medicamenta non similitudine purgandi humoris, neque tractu etiam eiusdem, efficacia dici debere. 3. Spiritum qui contineatur in ventriculis cerebri, non esse animalem sed vitalem. 4. de Corde, & principatu ipsius inter reliqua organa vegetatricis animæ. 5. de caloris vi & efficacia in rebus naturalibus tum generandis tum corrumpendis. 6. Rigoris in febribus causam, à Galeno verè & rectè expositam, perperam & falsò à quibusdam reprehendi. 7. Confutatio erroris Simonis Simonij, quo contra Galenum sentiens negat putridarum febrium causam esse putredinem humoris alicuius, existimans febris causam principalem esse dyscrasiam feruidam flauæ bilis, cuius feruore inflammatum cor febrim patiatur. 16. Francofurti apud Ioannem Vvechelum 1585. chartis 49. Commentaria eiusdem in Artem paruam Galeni hisce nundinis vernalibus, vt arbitror, Francofurti ex officina Ioannis Vvecheli prodibũt. obiit Tubingæ senio confectus 1587.

IACOBVS SCHOLL Argentinensis, vulgarem Medicinæ fasciculum, theses aliquot rei medicæ complectentem integritati astronomicæ restituit. Argentorati apud Iacobum Camerlander anno salutis 1537. cum Astrolo-

applicatione, deque conuenientia earundem canonibus aliquot.

IACOBI SCVTELLARII, Medici Parmensis, Commentarius in librum de natura humana, Parmæ anno salutis 15 68. apud Seth Viottum in 4.

IACOBVS SOLDVS, Italus Florentinus, ordinis seruorum D. Mariæ, in Theologia & Medicina eruditus scripsit Medicinæ canones lib. 1. de signis prognosticis lib. 1. qui impressi sunt. Claruit 1490.

IACOBVS SYLVIVS Ambianus, Medicus insignis, scripsit de ordinis ratione in legendis Hippocratis & Galeni libris opusculum, impressum Parisiis apud Vvechelum 1529. & ibidem 15 41. chartis 5. Basileæ etiam. Galeni libros aliquot, scholiis adiectis illustrauit: nonnullis & tabulas quasdam Isagogicas præfixit. Impressi sunt Parisiis apud Andream Vvechelum singuli seorsim vt hic subiiciuntur: Claudij Galeni commentarius in Hippocratis librum de natura humana, de temperamentis libri 3. cum libello de inæquali intemperie, de naturalibus facultatibus libri 3. cum epitome in eosdem. Introductio in pulsus ad Theutram. de pulsuum vsu. de motu musculorum libri 2. de vsu partium libri 17. de alimentorum facultatibus libri 3. cum libello de attenuante victus ratione. Methodum quoque sex librorum Galeni de differentiis & morborum & symptomatum, in

tabellas

tabellas sex paulò fusiùs, ne breuitas obscura lectorem remoretur & fallat scripsit, item de signis omnibus medicis, salubribus, insalubribus, & neutris commentarium, qui vnà cum tabulis iam dictis excusus est Parisiis apud Andream Vvechelum anno salutis 15 39. & Venetiis in quarto in officina Erasmiana anno salutis 15 54. chartis 16. Eiusdem methodus medicamenta componendi, ex simplicib. quatuor libris distributa. Parisiis apud Andream Vvechelum 15 41. de medicamentorum simplicium delectu, præparationibus, mistionis modo libri 3. impress. Parisiis apud Iacobum Gasellum anno 15 42. & Lugduni apud Ioannem Tornæsium 15 48. in decimo sexto. Eiusdem morborum internorum curatio breui Methodo comprehensa, ex Galéno præcipuè & M. Gatinaria, excusa est Venetiis apud Vincentium Valgrisium anno salutis 15 48. octern. 10. & dimid. & Tiguri apud Gesneros fratres in octauo, anno 1554. cum aliis in Enchiridio rei medicæ Eiusdem depulsio Vesani cuiusdam (Vesaliú intelligit) calumniarium in Hipp. Galeniq; rationé anatomicam, excusa est Parisiis 1551 Eiusdem interpretatio canonum vniuersaliũ simplicium medicinarum Mesuæ, atq; antidotarij, in quo & ponderũ varietatem annotauit, impressa est Venet. cum operib. Mesuæ 1549 Ioann. Mesuę libri 3. ab eo Latinitate donati & annotationibus illustrati, excusi sunt Parisiis anno 15 42.

& Lugduni. 8. apud Guilelmum Rouillium 1550. Basileæ itidem apud Henric. Petri, annotationes autem in eundem Mesuen scripsit. Institutiones Anatomicæ Venetiis 1572. 8. de febribus commentarius ex libris aliquot Hippocratis & Galeni parte plurima selectus. in Galeni de differentiis febrium commentarium. Item in Hippocratis elementa. De Mensibus mulierum & hominis generatione. Basileæ. 4. cum aliis eiusdem argumenti. Quæstio de vini exhibitione in febribus. Obseruationes quædam in variis corporibus secandis. in quinque Galeni libros priores de locis affectis, & in libros aliquot de morborum & symptomatum differentiis & causis, Commentarij manuscripti. diu Medicinam docuit & exercuit Parisiis magna cum laude. Obiit 1555. 13. Ianuarij ætatis 77.

IANI ANTONII SARACENI Lugdunæi, Medici doctissimi, de peste Commentarius, in quo præter pestis naturæ, præcautionis etiam atque curationis ipsius vberiorem explicationem, non pauca quæ super eadem materia hoc nostro sæculo & cœlo in contentionem plerumque veniunt, obiter strictimque pertractantur. 8. ex officina Ioannis Gregorij anno 1572. chartis 23. ab eodem auidè expectant docti viri Dioscoridem, in quo recognoscendo & illustrando eum diu laborasse norunt. floret apud Allobroges.

IANVS

IANVS ANTONIATVS, vide Ioan. Guinterium Andernacum, idem enim esse videtur.

IANVS CORNARIVS Zuiccauiensis, Germanus, vir doctissimus, partim scripsit proprio marte complura, partim aliorum Græca scripta in latinum sermonem traduxit. Vniuersæ rei Medicæ epigraphe, enumeratio, & breuis Isagoge, impressa Basil. 1534. apud Frobenium. de peste libri 2. pro totius Germaniæ, imò omnium hominum salute, Basileæ per Ioan. Heruagium 1551. 8. chartis 8. cum dimidia. Marcelli antiqui authoris, de variis medicamentis opus, plerisque locis integritati restituit. Macri poema de plantis, & incerti cuiusdam authoris itidem de plãtis, animalium partibus, ac terræ speciebus, & Merboldi de lapidibus ac gemmis carmina emendauit, & annotationes adiecit. Hippocr. in Medicina libros Græcos omnes, vetustis exemplaribus collatos, emendauit: & eiusdem aliquot libellos conuertit, qui impressi sunt Basileæ apud Ioan. Oporinum 1543. His adiecit Orationes duas à se conscriptas, quarum Vna inscribitur HIPPOCRATES, siue DOCTOR VERVS: altera, de rectis Medicinæ studiis amplectendis. Hippocratis epistolas tr. ex Galeno tr. de respirationis caussis lib. 1. de respirationis vtilitate lib. 1. de respirationis difficultate lib. 3. de vteri dissectione lib. 1. de fœtus formatione lib. 1. de semine lib. 2. quæ translationes cum Marcelli opere de medicamentis, Basileæ apud Frobe-

nium publicatæ ſunt 1536. Ex eodem vertit de compoſit. Pharmacorum ſecundùm locos lib. 10. ac totidem in eos commentariorum libros adiecit. Baſileæ in Officina Frobeniana 1537. Interpretatio autẽ ſeorſim excuſa eſt vel Lugduni, vel Pariſiis. Aetium Medicum in Latinũ ſermonem tr. Baſileæ apud Frobenium in folio: Hippocratis etiam opera ab eo recognita ibid excuſa ſunt. Dioſcoridis de materia Medica libros 5. & vnum de beſtiis venenum eiaculantibus alterum de lethalibus medicamẽtis Latinos fecit: prioribus quinq; Emblemata addidit, poſterioribus expoſitiones. Baſil. fol. apud Froben. Obiit in patria 1558. ætat. 58.

IASONIS PRATENSIS Zyricei, Germani, liber de ſterilitate arcenda & progignendis liberis anno 1531 impreſſus eſt Antuerpiæ apud Michaelem Hillenium. Eiuſdem de cerebri morbis curãdis liber excuſus eſt Baſileæ apud Henricumpetri 1549. in 8. chartis 30. Claruit 1530. de tuẽda ſanitate lib. 4. impreſsi Antuerpiæ à Michaele Hillenio 1538.

ICACIDAS Medicus citatur, à Plinio inter authores.

ICCVS Tarẽtinus Medicus laudatur à Platone in Protagora.

IEHEVS citatur in Tacuinis Elluchaſem Medici.

IESV Filij Hali epiſtola, ſiue tractatus de oculis, impreſsi Venetiis per Andream Aſula-

num

prum 1499. cum Chirurgia Guidonis.

IOACHIMVS CAMERARIVS Pabepergẽsis, natione Germanus, vir in omnibus disciplinis doctissimus, Germaniæ summum decus, præter alia, Epigrámata aliquot de ratione victus per 4. anni partes, singulos menses, & post incisam venam conscripsit. Præfationẽ in Græca Theophrasti opera Basileæ excusa addidit. Commentariũ scripsit de Theriacis & Mithridateis remediis. tr. è Græco, Galeni de Theriaca ad Pamphylianum librum, item antidota Galeni, Andromachi, Theriacã Antiochi. & alia quædam. Norimbergæ apud Ioan. Petreium 1534. edidit præterea Commentaria vtriusque linguæ Græcæ & Latinæ, in quibus est diligens exquisitio nominum, quibus partes corporis humani appellari solẽt, additis & functionum nomenclaturis, & aliis his accedentibus, Basileæ in fol. chartis 86.

IOACHIMVS CAMERARIVS F. paternarum virtutum strenuus æmulus, illustris Reipublicæ Norimbergensis Medicus excellentissimus, edidit Hortum Medicum & Philosophicum, in quo plurimarum stirpium breues descriptiones, nouæ icones non paucæ, elegantes & accuratæ, indicationes locorum natalium, obseruationes de cultura earum peculiares atque insuper nonnulla remedia Euporista, necnon Philologica quædam continentur: adiecta est IOANNIS THALII Sylua Hercynia. 4. Francofurti sumptibus

Sigismundi Feyrabendi 1588. chartæ vtriusq; sunt 51. Idem Matthioli Herbarium in elegantem Epitomen contraxit cum accuratis figuris, quæ ibidem excusa est in 4. Cum aliis quibusdam edidit synopsin Commẽtariorum de peste. 8. Norimbergę 1583. plura verò quotidię ab eo expectant auidè Studiosi Medicinæ, idcoq́ue diuturnam vitam ipsi bene precantur.

IOACHIMVS MARTINVS, Gandanus, Galeni libros 3. de Alimẽtorum facultatibus Latinos fecit, impressi sunt Basileæ cum cæteris Galeni operibus.

IOACHIMI SCHILLERI Herderensis, Germani, de peste Britannica liber, Basileæ apud Henricpetri cum libro Alexandri Benedicti de peste. anno 1531.

IOACHIMVS STRVPPIVS Gelhusensis Medicus scripsit Consensum Celebriorũ Medicorum, Historicorum, & Philosophorum, super secretiss. & pretiosiss. quibusdam medicinis exoticis, primum super Mumia, eiq; cognatis, maximè in Ægypto, Iudæa, Arabia, &c. olim vsitatissimis. Tractatus primi perioche: vbi Mumiæ genuinæ ad pyramides ex concameratis cœmiteriis Ægyptiacis erutæ verum exemplar, inter multa millia, vt earum valde, sic venustissimum, annis circiter 2000. reconditur, cum admiratione coràm aspiciendum exhibetur. Francofurti ad Mœnum per Nicolaum Bassæum in 4.

IOACHIMVS VADIANVS, Heluetius Sangal.

gallensis, Medicus & Philosophus summus, artis vsu valde excelluit, in Medicina autem an aliquid reliquerit, nondum ex publicatis scriptis apparet. Obiit in patria. 1551.

IOANNES filius Serapionis Medicus, floruit tempore Isaac Benmiran, de simplicibus Medicinis mira scripsit, & totam Practicam Medicinæ compleuit. Antidotarium celeberrimum compilauit.

IOANNES citatur in Tacuinis Elluchasem Medici.

IOANNES de S. ÆGIDIO Anglus, tam Medicus quàm Philosophus sua tempestate non incelebris scripsit Practicas Medicinales lib. 1. Claruit 1212.

IOANNIS AGRICOLAE Hammonij, Germani, scholia copiosa in Therapeuticam methodum Galeni, impressa Augustæ 1534. Item in Galeni libros sex de locis affectis Commentarij, Norimbergæ 1537. & Commentarij in libellum Gal de inæquali intemperie. Index copiosissimus simplicium Pharmacorum omnium à Dioscoride proditorum, secûdùm capita & libros, ordine alphabeti. Concordantiæ in authores præcipuos simplicium medicamentorũ: in quibus primo statim aspectu deprehenditur, num aliquò, & in quo loco, simplex quodque descripserit Dioscorides, Galenus & Serapio: iuxta ordinem literarum. Ad scholiomastiga quendam enumeratio causarum, cur in Therapeuticam methodũ Galeni

ſcholia ſcripſerit. Epiſtola ad Iacobum Gen-
gerum Halenſem Medicum, de Vua Theriaca;
&c. Baſileæ apud Vveſthemerum 1538. libri 7.
Aphoriſmorum Hippocratis iuxta litterarum
ordinem ex tr. Fuchſij recitati, quo argumen-
tum quoduis Medicum, ſtatim poſsit ob ocu-
los reuocari: quibus appoſita eſt perbreuis v-
bique enarratio Galeni aut Oribaſij, aut vbi
ita viſum erat, vtriuſque mixta. Liber ſextus
Epidemiorum Hippocratis, eodem ordine at-
que etiam difficiliorum locorũ breuibus ex-
poſitiunculis atq; enarratiunculis explicatus.
Idem liber iuxta dictarum literarum ordinẽ
congeſtus, ſecundùm veterem tranſlationem.
liber de herbis veterum & recentiorum ordi-
ne alphabeti, Baſileæ apud Vveſthemerum.
Nicolai Alexãdrini de compoſitione medica-
mentorum ſecundùm locos, liber excuſus in
Germania, & Venet. apud Andream Arriua-
benum, cum ſcholiis Ioannis Agricolæ Amm.
Floruit 1537.

IOANNIS ALBERTI VVIMPINAEI excur-
ſiones defenſiuæ de concordia Hippocratico-
rum & Paracelſiſtarum, cum appendice quid
ſit Medico faciendum, Monachij in 8 1569.

IOANNES ALBOSIVS, Medicus Gallus
doctiſsimus, edidit Hiſtoriam Lithopædij Se-
nonenſis per annos 28. in vtero contenti: quæ
excuſa eſt cum Franciſci Rouſſeti lib. de partu
Cæſareo. Baſileæ 4 1586. & 8. 1588. ibidem.

IOAN. ALEXANDRINI Medici & Sophi-
ſtæ

stræ Commentarij super Epidemiorum Hipp. libros, impressi cum Ioannicio, siue eo libro quem Articellam vocant.

• IOANNES ALMENAR Hispanus, scripsit librum de lue Venerea, Basileæ apud Ioan. Bebelium 1536. cum aliis eiusdem argumenti libris. Lugduni 1539. & Venetiis 1525.

IOANNES de S. AMANDO, natione Gallus, scripsit super Antidotarium Nicolai, & de simplicibus lib. 1 de vsu idoneo auxiliorum ex Ioanne Amando, quædam impressa Moguntiæ cũ artificiali medicatione Christophori Heyll 1534. Eiusdem quędam de Balneis excusa sunt Venetiis à Iuntis cum diuersorum authorum scriptis de Balneis.

IOAN. ANDREAE CELLANOVAE, & Iulij Delphini ac Bernardi Paterni Medicorũ Ticinensium consilium de balneis Aquensibus excusum est Venetiis à Iuntis anno 1553. cum aliis eiusmodi.

• IOANNIS ANDREAE à Cruce, Veneti Medici, Chirurgiæ libri 7. quamplurimis instrumentorum imaginibus arti Chirurgicæ opportunis suis locis exornati, theoricam, practicam, ac verissimam experientiam continentes. Venetiis 1573. folio.

IOANNES ANGELVS de Contecillis ab Aquila, edidit tractatum de differentiis & Curatione febrium ac sanguinis missione 8. Venetiis 1585.

IOANNES natione Anglicus, vir in medici-

nis Empiricus scripsit de morbis particularibus lib. 1. & dictus est ille liber ROSA ANGLICANA: est autem Practica Medicinæ à capite ad pedes, ab vniuersalibus morbis ad particulares morbos procedens. liber impressus Venetiis apud Octauian. Scotum 1516.

IOANNIS ANTONII Campensis, Directorium summę summarum Medicinæ. Lugduni à Rouillio 1553.

IOANNIS ANTONII TENOTAE, *Alexipharmacum* siue Antidotus Apologetica ad virulentas Iosephi cuiusdam Quercetani, euomitas in libellum Iacobi Auberti, de ortu & causa metallorum contra Chymistas. in quo præter quorundam Paracelsicorum medicamentorum discussioné, omnia ferè argumenta Chymistarum refelluntur, cum epistola ad Quercetanum. 8. Basileæ 1579.

IOANNIS ANTONII Panthei Veronensis de thermis Calderianis trium dierum confabulationes, in quibus multa alia explicantur: excusæ sunt Vincentiæ 1488. & Venetiis apud Iuntas 1553. cum aliis eiusdem argumenti.

IOANNIS ANTONII Sicci Cremensis de optimo Medico caput primum libri primi de antiqua Medicina, Venetiis in 4. apud Iuntas 1551. chartis 5. Eiusdem compendium de balneis ex Hippocrate & Galeno ibidem excusum est 1553.

IOANNIS ARCHIMEDICI opus compendiarium de affectibus omnibus certis & incer-

tis,

tis, & eorum cura: Græcè M.S. seruatur in Bibliotheca Galliæ.

IOANNES ARCVLANVS Veronensis, scripsit expositionem noni libri Rhazæ ad Almansorem, paucis exceptis capitulis ab eo morte præueniente non explanatis. Venetiis 1493. eiusdem Commentarius super quartam fen Auicennæ impressus.

IOANNES ARDERNVS de Neuuarco Chirurgus scripsit *Practicam Chirurgiæ* lib. 1. Claruit 1370.

IOANNES ARGENTERIVS Castellonouensis, Medicus Professor Pisis, Galeni Censor, scripsit de Consultationibus medicis, siue de collegiandi ratione librũ excusum Florentiæ apud Torrentinum 1551. & Parisiis apud Martinum Iuuenem 1557. Item librum de erroribus Veterum Medicorum, ibidem excusum 1553. folio. præterea de somno & putrefactione cõtra Arist. Glossemata in Aphorismos Hippocratis. Commentarios 3. in Artem medicinalem Galeni, folio, Monte regali ex Officina Torrẽtiniana 1566. & Lutetiæ in 8. de somno & vigilia, de spiritibus & calido natiuo, libros duos, in quibus multæ veterum ac recentium sententiæ expenduntur. Parisiis apud Morelium in 4. & Florentiæ in 4. Eiusdem de Morbis libri 14. in quib. vniuersalẽ morborũ tractationem, in multis contra Galenum, examinat & explicat. Florentiæ in folio, & 8. Lugduni apud heredes Iacobi Iuntæ. 1558.

IOANNES ATROCIANVS, Germanus, edidit Commentarios quosdam Grammaticos in vulgarem librum Macri de viribus herbarum, impressum Friburgi Brisgoiæ apud Emmæum 1530. Claruit 1528.

IOANNIS BACCHANELLI Medici Rhegiensis de consensu Medicorum in curandis morbis lib. 4. eiusdem de consensu Medicorũ in cognoscendis simplicibus liber, Venetiis circa annum 1552.

IOANNIS BAPTISTAE Bononiensis Medici, liber de ratione cognoscendi signa, & causas morborum, Bononiæ 4.

IOANNES BAPTISTA CANANVS, Ferrariensis, in dissecandis corporibus alter Vesalius, vt ait Amatus, edidit librum primum operis Anatomici sui, qui inscribitur musculorum humani corporis picturata dissectio: promisit quoque sex reliquos eiusdem argumenti se mox daturum.

IOANNES BAPTISTA CARDANVS Medicus, scripsit de abstinentia ab vsu ciborum fœtidorum.

IOANNIS BAPTISTAE CARCANI Leonis, Mediolanensis, Anatomes Ticini Professoris, de Vulneribus capitis liber absolutissimus triplici sermone contentus. 4. Mediolani 1584. duernionibus 37.

IOAN. BAPTISTA CONFALONERIVS Veronẽsis, scripsit de vini natura, eiusdemq́ue alendi ac medendi facultate lib. 2. Basileæ 1535.

IOAN

IOANNIS BAPTISTAE DONATI Commentariorum Medicorum libri 6. de iudiciis, quæ in Galeni voluminibus planè desiderari videntur 4. Venetiis 1579.

IOAN. BAPTISTAE EGNATII, in Dioscoridem annotationes extare feruntur.

IOANNIS BAPT. GOYNEI Pyranêsis, Istrij Medici, Enchiridion ad quotidianam medêdi exercitationem. Dialogus quòd Philosophi & Medici dogmatici Iuriscósultos dignitate præcedant. Venetiis octernionibus 5.

IOANNES BAPTISTA MONTANVS, Veronensis, Medicinæ olim Patauij Professor celeberrimus: Aetij Medici lib. 10. tr. eiusdem metaphrasis summaria eorum quæ ad Medicamentorum doctrinam attinent, Augustæ apud Philippum Vlhardum 1550. in 8. libellus de gradibus & facultatibus medicamẽtorum editus Vvitebergæ per Casparum Peucerum. Expositio in 9. librum Rasis ad Almansorem regem Arabum. Venet. apud Balthasarũ Constantinũ 1554. in 8. chartis 44. Lectiones in Aphorismos Hipp. ab eod. exc. 1553. in 8. chartis 48. cũ tabul. de causis fluoris alui & siccitatis, & altera de alimentorum differentiis. Libri duo, alter de fæcibus, alter de vrinis. Quæstio quomodo medicamentũ æquale vel inæquale dicatur, videlicet calidum, frigidum, humidum aut siccum. Aloisius Segalinus excud. Patauij anno 1554. octern. 30. Consultationum medicinalium opus absolutum atque perfectum,

in quo ad Consilia priùs edita, atque emendata accesserunt ferè tantum quantum priùs typis excusa, opera Ioan. Cratonis folio Basileæ in Officina P. Pernæ 1583. ternionibus 54. scripsit in primam fen Auicennæ. in artem curandi ad Glauconem. de simplicibus medicamentis. in artem paruam. in primum Hippocratis Epidemiorum. Examen Aureæ Alexandrinæ. Ideam Hippocratis. de aquis destillatis. de coctione & pręparatione humorum. de differentiis medicamẽtorum simplicium. Explicationem qualitatum simplicium & compositorũ medicamentorum. Periocham Methodicam in Galeni libros, de elementis, de atra bile, de natura humana, de temperamentis & naturalibus facultatibus, de generatione pituitę. Methodum de humore melancholico. de alimentis & victus ratione. de componẽdis medicamentis. Explicationẽ locorũ Medicinæ. de lue Venerea. de vteri affectibus. Summariã declarationẽ eorũ quę ad vrinarũ cognitionẽ maximè faciunt. de characterismis febrium. Quæstionem de febre sanguinis, de febre hectica, de febre pestilente: hæc Basileæ 8 in Officina P. Pernæ excusa sunt 1558. Omnia autem eius opera tribus Tomis edita & collecta sunt à MARTINO VVEINDRICHIO, Francofurti folio apud heredes And. Vvecheli 1587. Obiit 1551. 6. Maij, ætatis suæ 63.

IOANNES BAPTISTA ROSARIVS, Nouariensis Medicus, trãstulit Oribasij Sardianî

ad Eustachium filium libros nouem, quibus tota Medicina in compendium redacta continetur. Parisiis excudit Audoenus Paruus in 16. & alibi.

IOANNES BAPTISTA SVARDVS Bergomas edidit partem operis de balneis Transcherij oppidi Bergomatis, in 4. Bergomæ anno 1582.

• IOANNES BAPTISTAE SVSII libellus de missione sanguinis, in quo ostendit, in quibusnam hodie Medici, contra Hippocratis & Galeni sententiam peccent circa phlebotomiam Basileæ apud P. Pernam. ferunt aliquid ab eo editum contra Trincauellum & Vesalium. libros Galeni in capita secuit, & argumenta ascripsit in secunda Iuntarum editione.

IOANNIS BAPTISTAE SYLVATICI Ioan. Petri F. Mediolanensis, de secanda in putridis febribus vena, quam Saluatellam dicunt, deque nostro in secandis venis modo cum antiquis comparato ad Iosephum Casatum Rochi F. Medicum epistola 4. Mediolani 1584.

• IOANNIS BAPTISTAE THEODOSII, Medici Bononiensis, medicinales epistolæ 88. excusæ sunt Basileæ apud Nicolaum Episcopium in 8.

IOANNES BASILIVS, scripsit de laudibus Medicinæ. & alia quædam.

IOANNIS BAVERII consiliorum de re Medica, siue de curationibus morborum liber. 1543. in 4.

IOANNES BAVHINVS iunior, Illustrissimi Principis Friderici Comitis Montbelgardensis, &c. Archiater, vir summus, & in Re Herbaria iam olim exercitatissimus propediem nobis communicabit, CONSENSVM & DISSENSVM circa stirpes, plantásve, opus magno & diuturno labore conscriptum, vtilissimum omnibus cuiuscumque conditionis viris, qui stirpium certam cognitionem assequi volunt, & iis tutò vti: in hoc opere inuenient nomina plantarum Græca, Latina, Arabica, Hebræa, Barbara & aliarum linguarum multarum, earum æquiuoca siue homonyma, antiballomena siue Substituta, necnon annotatos errores authorum plurimorum, interpretationes ac correctiones sententiarum obscurarum, aut deprauatarum: denique erit veluti INDEX eorum, quæ Theologi, Iurisconsulti, Medici, Chirurgi, Pharmacopolæ, Philosophi, Poetæ, Historici, Grammatici, & alij de stirpibus scripsêre. Ex quo Opere separatim primo & breui in lucem emittet Caput de Stirpibus plantisve à Diuis vel Sanctis denominatis, opusculum non minùs vtile quàm iucundum futurum. annum agit, hoc tempore 1590. 58.

IOANNIS BERNARDINI in Dioscoridis medicamenta index.

IOANNES BERNARDVS Felicianus Venetus. Cl. Galeni libros de placitis Hippocratis & Platonis tr. de anatome matricis, de fœtuū forma-

formatione. Basileæ seorsim, & cum aliis operibus Galeni, vti & Venetiis. Pauli Æginetæ librum 6. de Chirurgia tr. commentatus est in librum Hippocratis de iis quæ in medicatrina fiunt. librum de fracturis. librum de articulis, de semine, de septimestri partu. Claruit anno 1546.

IOANNIS de BETHATZ, fasciculus Medicinæ impressus Venetiis per fratres de Forliuio 1491.

IOANNIS BOCAVDII, Regij Medicinæ Professoris Montispessuli tabulæ curationum & indicationum, ex prolixa Galeni Methodo, in summa rerum capita contractæ. Lugduni apud Ioannem Frellonium 1554. in folio chartis 6.

IOANNIS le BON Regis & Cardinalis olim Guisij Medici, Therapeia puerperarum edita est Basileæ 4. cum aliis eiusdem argumẽti 1586. & 16. Francofurti cum Iacobi Hollerij praxi Medica 1589.

IOANNES BOKELIVS Professor Medicinę primarius in illustri Academia Iulia, edidit Anatomen corporis humani vt ea Helmstadij singulis annis tradi solet. 8. Helmstadij 1585. Edidit etiam tractatum de febre Epidemia anno 80. per totum Europam grassante.

IOANNIS de BORMA Medici liber dietarum.

IOAN. BRASCESCI de Alchymia dialogi 2. Norimbergæ à Petreio in 4.

IOANNIS BRACCII Mediolanensis Chirurgia.

IOANNES BVTINVS Medicus, digessit Hippocratis Aphorismos in ordinem secundùm locos congruentium secum materiarum quibus supposuit breuem & dilucidam expositionem ex Galeno. Idem præstitit in eiusdẽ Hippocratis Prænot. lib. 3. quæ integrorum Commentariorum vice esse possit. Lugduni impressit Tornæsius 1555. Insigniores aliquot sententiæ ex Corn. Celsi libris ab eodem selectæ.

IOANNES CAIVS Anglus, Medicus clarissimus & rerum naturalium diligentissimus scrutator, scripsit de medendi Methodo lib. 2. de Ephemera Britannica. de rariorum animalium atque stirpium historia lib. 1. de thermis Britannicis lib. 1. de libris Galeni qui non extant lib. 1. Commentarios scripsit in Corn. Celsi de Medicina lib. 8. in Scribonij Largi de composit. medicam. lib. 1. In libros Galeni de Anatomicis administrationibus 9. in eiusdem de motu Musculorum libros 2. de sanitate tuenda sex. de Ptisana vnum. de parua sphæra 1. ad Thrasybulũ. 1. de ossibus ad tyrones. 1. transtulit deinde è Græco in Latinũ Galeni libros: de placitis Hippocratis & Platonis primũ, de libris Galeni suis 1. de ordine librorum suorũ 1. de diæta in morbis acutis. 1. Castigauit autẽ Galeni libros 9. de admin. anat. de motu Musculorum. de ossibus ad tyrones. de composit. medi-

medicam. de simpl. medic. facult. de placitis Hipp. & Platonis vnum. de medendi methodo 14. de libris suis, & ordine librorum. de sanitate tuenda 6. ad Thrasybulũ. 1. de ptisana. 1. de victus rat. in acutis. de succedaneis. 1. de septimestri partu. 1. de humoribus. 1. de breui designatione dogmatũ Hippocratis. 1. de vsu partium 17. de locis affectis omnes additis argumentis singulorum. de febrium differentiis. 1. de morborum differentiis. 1. de morborum causis. 1. de diff. sympt. 1. de causis sympt. 3. de morborum temporibus. 1. de purgantiũ medicamentorum potestate. 1. de his qui purgandi sunt, quibus medicamentis, & quo tempore. 1. de Anatomia Hippocr. 1. de dissectione musculorum Galeni. 1. de dissectione neruorum eiusdem. 1. de Medicina lib. 8. Cornel. Celsi. de compositione medicam. lib. 1. Scribonij. postremò ipse primus inuenit & in lucem protulit sequentes Galeni libros. primũ de Hippoc. & Platonis decretis Græcum, fragmentum libri 7. de vsu partium. Bonam partem libri de succedaneis. & de ptisana qui defuit. Claruit in Anglia 1570. annum agens 60. scripsit autem librum de libris propriis in quo singulorum rationem reddit. excusus est Londini per Guil. Seresium 1570.

IOANNES CANAPPE, Medicus, Latinè reddidit Galeni librum de ossibus.

IOANNIS COSTAEI de vniuersali stirpiũ natura lib. 2. 4. Augustæ Taurinorum.

IOANNIS COYTTARI Tharei Aluisiensis, de febre purpura, epidemiali & contagiosa libri 2 in 4.

IOANNES CRATO Vratislauiensis, trium Imperatorum Medicus experientissimus & elegantissimus, scripsit Methodum Therapeuticam ex Galeni & Ioannis Baptistæ Montani (quo præceptore in Italia vsus est) sententia. Item Ideam Hippocraticam, & methodum de humore melancholico. Basileæ apud Oporinum. in Galeni libros methodi medendi periochen, in qua perspicua breuitate, quæ obscura sunt explicantur, & quæ reprehensioně habuerunt, confirmantur. Analogismum siue demonstrationem, quomodo ex generali methodo, exercitatio singulorum morborum curandorum petenda sit. 8. Basileæ per P. Pernam 1563. chartis 29. Epistolam qua rectè Galenum legendi ratio ostenditur. Montani Consilia auxit, & eius Lectiones, in 9. Rhasis correxit. Libros de putredine contagioneve & morbis pestilentibus. Item de arte distillandi, hoc est, extrahendi spiritum naturalem è plantis, earum partibus, & productis, præ manibus habuit: nescio an editi sint. Eiusdem de palpitatione cordis admonitio in 4. M. S. scripsit quoque præseruationem contra pestem, quomodo ea cognosci & curari debeat Germanicè, & assertionem pro illa Latinam., vterque liber excusus est postremò Francofurti apud Vvecheles. 8. 1585. ille 7. hic 4. chartis: præfa-

præfatus est in Fernelij opera Francofurti excusa, & Vallesij Controuersias ibidem excus. quas restituit. & alios libros. Obiit in patria 1586. æt. 67. 43. ann. praxin Medicā exercuit. extat eiusdem Isagoge Medica Venet. 8. excus.

IOANNES CVLMANVS Geppingensis, indicem in omnes Hippocratis libros copiosissimum vtilissimumque confecit: in singulos quoque Hippocratis libros argumenta fecit.

IOANNES CVRIO Berkensis recognouit & auxit opusculum scholæ Salernitanæ, & enarrationes Arnoldi Nouicomensis in illud. Francofurti impresserunt hæredes Egenolphi 1557. & Lugduni 16. apud Ioannem Lertout 1577.

IOANNES DAMASCENVS, filius Mesuæ, scripsit Canones vniuersales de correctione medicamentorum purgantium, & de purgatione in genere. de simplicib. pharmacis lib. 2. de re medica lib. 3. à Iacobo Syluio versos, & excusos Parisiis 1542. Eius quædam opuscula excusa sunt Lugduni cum Antidotario Nicolai & ratione medendi Cophonis, & Summula Iacobi de partibus. Claruit 1158.

IOANNES DAMASCENVS Medicus, alius à filio Mesuæ scripsit Aphorismos Medicos. Ascribuntur etiam ei, de febrium causis, notis & curationibus liber. de morbis ac vitiis localibus secundùm loca libri 5. de compositione pharmacorum liber 1. verùm falsò, hi enim libri Ioannis Serapionis sunt. Gesnerus.

IOANNES DANTZIVS Astensis, Germanus, scripsit Tabulam simplicium medicamentorum, quæ apud Dioscoridem & Galenum sunt. His accedunt dialogi. 4. de facultatibus simplicium in genere, deque iis tum ratione tum experientia inuestigandis: quæ sunt absoluta epitome vndecim librorum Galeni de facultatibus simpl. medicament. Basileæ apud Henric. Petri 1543. Idem scripsit tabulas in canones vniuersales Ioannis Mesuæ, cum Iacobi Syluij annotat. in eosdem, & quamplurimis ex Galeni libris de simplicium medicamentorum facultatibus. Obiit Francofurti circa annum D. 1546.

IOANNES ALCVMISTA, composuit super arte Alchymistica lib. 1.

IOANNIS DIVRII BELLOVACI Medicinæ professoris, Scrinium Medicinæ, siue Aphorismi, & Collectiones Medicinales, impressæ Parisiis chartis 19. cum dimid. Claruit 1519.

IONNES DRYANDER, Germanus, scripsit Anatomen capitis humani, in Marpurgensi Academia publicè ab ipso exhibitam: Marpurgi cum figuris 1536. Disputationem quandam medicam excusam. Librum P. Aponensis de venenis recognouit, & edidit Marpurgi 1537. scripsit quoque Anatomen matricis, vbi quædam neque veteribus, neque recentioribus obseruata excutiuntur: nescio autem an extet.

IOAN-

IOANNIS DVGONIS, breue scriptum de regimine sanitatis.

IOANNES ELISIVS Medicus scripsit de balneis totius Campaniæ, item Aenariæ insulæ, eiusdemque mirabili incendio, Neapoli, & Venetiis 1551. cum aliis eiusdem argumenti. idem de curatione luis Venereæ scripsit contra barbaros & vulgares empiricos.

IOANNIS EPISCOPI liber de vrinis & de intestinis M.S. in Bibl. R. Galliæ, Græcè.

IOANNES FERNELIVS Ambianus, Archiater Regius, Gallorum insigne decus, iussu Henrici 2. Regis, Medicinam diuina arte nobis conscripsit, nempe Physiologię libros 7. Pathologiæ totidem, generalis Methodi medendi libros itidem 7. de abditis rerum causis, reconditæ doctrinæ libros 2. qui Physiologiæ & Pathologiæ inseruiunt, Generalé febrium curandarum rationem, tractatum de lue Venerea, Consilia Medica, consilium pro epileptico: quæ omnia Lutetiæ, Venetiis, Lugduni; et postremò Francofurti apud Andream Vvechelum, ex recognitione Guil. Plantij, excusa extant in 8. & folio. plura ab hæredibus expectamus. Obiit 26. Aprilis 1558. ætatis 49. Parisiis.

IOANNIS FERRANDI senioris, Medici Pictauiēsis, collectanea de Nephrisis & Lithiasis seu de renum & vesicæ calculi definitione, causis, signis, prædictione, præcautione, & curatione. Parisiis 1570. in 8.

IOANNES FICHARDVS Francofurtensis, I.C. Galeni librum de libris propriis, de ordine librorũ suorum, de præsagiis ex insomniis, quomodo morbum simulantes sint deprehendẽdi. de exercitatione paruæ pilæ. Consilium in morbo comitiali. Cratander primùm excudit Basileæ 1531.

IOANNIS FIENII Antuerpiani, de flatibus humanum corpus molestantibus commentarius nouus ac singularis, in quo flatuũ natura, causæ, & symptomata describuntur eorumq́; remedia, facili & expedita methodo indicãtur. 8. Antuerpiæ apud Henricũ Henricium 1582. & in officina Santandreana 1583. 8.

IOANNIS FRANCISCI BRANCHOLEONIS Neapolitani Dialogus de Balneorũ vtilitate cùm ad sanitatẽ tuendam, tum ad morbos curandos ex Hipp. & Galeno, cæterisq́; medicorum peritissimis decerptus, Parisiis apud Vvechelum 1536. Claruit 1535.

IOAN. FRANCISCVS DVRATIVS commentatus est in Gal. de locis affectis. 8. Venet. apud Iordanum Zilletum 1557.

IOAN. FRANCISCI ROTAE Philosophi ac Medici Bononiensis, de introducẽdis Græcorum medicaminibus liber: commentarius sanè in Galeni librum primum de composit. medicam. per genera, Bononiæ 1555. De Tormentariorum Vulnerum natura & curatione liber. ibidem floruit 1554.

IOANNIS FRANCISCI VLMI, Medici Brixiani,

xlani, de certa ratione iudicandi ex vrinis. lib. 4. Venetiis

IOANNES FRIDERICVS SCHROTERVS de omnibus in vniuersum humoribus corporis humani. Patauij apud Laurentium Pasquatum 1583 4. Eiusdem commentarius in Hippocratis librum περὶ φύσιος ἀνθρώπου, cui adiectæ sunt duæ eiusdem autoris, de propagatione & autoribus Philosophiæ, necnon de præcipuis illustrium philosophorum ante Aristotelem circa principia generationis opinionibus. 8. Ienæ 1585.

IOANNIS GEBELII Medicinæ D διαγραφὴ thermaliũ aquarum apud Hermunduros sitarum, prope Annębergum & Vvolckensteiniũ, in duos distincta libros. Cui accessit appendix Thermarũ Germaniæ. in 8. Lipsiæ per Ioannem Steinman.

IOANNIS GARLANDII Angli compendiũ Alchymię, cum Dictionario eiusdẽ artis, atque de metallorũ tinctura præparationeq́ue, de salium aluminumq́ue varietate.

IOANNES GATISDENE (ANGLICVM alij appellant) Medic. & Philosophus, cõposuit opus quod vocat ROSAM ANGLICAM lib. 1. de regimine acutorũ lib. 1. de simplicibus medicinis lib. 1. de digerentibus & euacuãtib. lib. 1. de instrumentis suæ artis lib. 1 Quid pro quo lib 1. de phlebotomia lib. 1. practicę Medicinæ lib 1. pro diętatiis lib. 1. Claruit an. Dom. 1320.

IOANNIS GERDORF, Chirurgus Argentinẽsis, scripsit de Chirurgia & corporis humani

Anatomia librum, excusum Francofurti apud Hermanum Gulferich 1551.

IOANNIS GESLERI præstantiora contra pesté remedia ex Medicis antiquis excerpta.

IOANNIS GOEVROT Medici liber de conseruanda sanitate.

IOANNES GORRAEVS Medicus Parisiensis doctissimus, vertit Hippoc. Iusiurandum. de arte. de antiqua medicina. de Medico. Vvechelus excudit 1543. scripsit annot. in Hipp. de genitura & natura pueri. Nicandrum de venenis carmine vertit & scholiis illustrauit. scripsit & definitionum Medicarum lib. 24. quos Vvechelus excudit Lutetiæ in folio: & dein ab authore recognitos & auctos Francofurti folio 1578. chartis 146. Obiit 1577. ætatis suæ 62.

IOANNES GRAMMATICVS, cognomine PHILOPONVS scripsit librum de pulsib. qui nondum est excusus.

IOANNES GVINTERIVS Andernacus, Germanus, linguæ Græcæ apud Argentoratenses professor, Medicus doctissimus, è Galeni libris tr. de Anatomicis administrationibus lib. 9. de constitutione artis medicæ. de Theriaca ad Pisonem. de pulsibus. Introductionem seu Medicum. de sectis. de præsagiis ex insomniis. de semine lib. 2. adiectis castigationibus Græci exemplaris. de facultatum naturalium substantia. Quod animi mores corporis temperaturam sequantur. de elementis. de pro-

de propriorum animi cuiusque affectuum agnitione & remedio. de optima corporis humani constitutione. de bono corporis habitu. de plenitudine. de atra bile. de tumoribus præter naturam. de totius morbi temporibus: præfatus est in methodum medendi Galeni ad Glauconem. Hippocratis librum de ratione victus priuatorum, cum Galeni Commentario tr. & Polybij libellum de ratione victus. eiusdem in librum Hipp. de natura humana Comment. 2. de antidotis lib. 2. tr. Pauli Æginetæ lib. 6. qui summam rei Medicæ complectuntur, ex nouissima translatione ipsius, Commentarijs etiam illustrati, excusi sunt Argentinæ apud Rihelium 1542. Anatomicarum institutionum secundùm Galeni sententiam, ad candidatos Medicinæ lib. 4. Basileæ apud Robertum Vvinter 1536. cum opusculo Georgij Vallæ de partibus humani corporis: deinde recogniti per Andream Vesalium, Venetiis in 16. de Victus & medẽdi ratione, cùm alio tum pestilentię maximè tẽpore obseruanda, Vvendel impressit Argentorati 1542. scripsit etiam de Medicina veteri & noua tum cognoscenda tum facienda Commentarios duos in forma Dialogi. Basileæ apud Henricpetri 1571. folio chartis 432. de Balneis & aquis medicatis Dialogos 3. de peste de compositione medicamentorum & vsu eorundem. de humorum præparatione. Commentaria Oribasij (mirum, ait Gesnerus; quòd Oribasij esse crediderit) in

Aphorismos Hippocratis primus edidit. Obiit Argentinæ 1574. 4 Octobris.

IOANNIS HASFVRTI Virdungi Germani de cognoscendis, curandis & medendis morbis ex corporũ cœlestiũ positione lib. 4. cũ argumentis & expositionib. Ioan. Pauli Gallucij Saloensis. 4. Venetiis 1584. Etelingæ 1532. Haganoæ. Claruit 1534.

IOANNES HEVRNIVS Vltralectinus, Medicinæ hoc tẽpore Lugduni Batauorũ professor celeberrimus Praxis Medicinæ nouã rationem edidit: qua libris trib. Methodi ad praxin medicam aditus facillimus aperitur ad omnes morbos curãdos ex officina Plantini, Lugduni Bat. 4. 1587. audio eum auctiorem editionem & particularium morborum curationem editurum.

IOANNIS IACOBI, Cancellarij Medici Monspeliensis, Secretarium practicæ M. S. habuit Occo Medicus Augustanus. præterea quidam Ioannes Iacobus de Montepessulano scripsit tractatum de peste: videtur autem idem esse qui prior: & fortè hic est IOAN. IACOBVS Gallus qui Thesaurarium Medicinæ scripsit.

IOANNES IACOBVS VVECKERVS Basiliensis, Medicus Colmariensis confecit tabulas Medicinæ Theoricæ & Practicæ impressas Basileæ in folio apud Episcopium primò 1562. chartis 80. & secundò ibidem 1582. chartis 104 E.

204. Eiusdem Antidotarium generale. 4. Basileæ apud Eusebium Episcopium 1586. chartis 29. & Antidotarium speciale (opus sanè laboriosum) ex optimis authoribus Medicis congestum. 4. Basileæ ibidem. & in folio 1588. recognitum, chartis 132. Adhæc de Secretis lib. 17. ex variis authoribus collecti, methodiceque digesti. 8. Basileæ 1582 & 1587. ex officina P. Pernæ chartis 61. inter cætera autem multa medica tractat. Practica Medicinæ generalis, Basileæ apud H. Frobenium 16. chartis 30. 1585. audio eum conscripsisse Epitomen veterum illorum Medicorum quos Henricus Stephanus excudit folio 1567. quæ M.S habetur Basileæ, nescio an edenda. Obiit vir diligentissimus 1586.

IOANNES IORDANVS Medicus, Theophrasti de historia & causis plantarum libros à Theodoro Gaza olim translatos ad Græca exemplaria contulit & emendauit, Lugduni impressit Guilielmus Gazeius anno 1552. in 8.

IOANNIS ITRENSIS tractatulus elegans de peste & epidemia deque præseruatione & curatione ipsius, impressus est.

IOANNES de KARTHAN, aliâs KETHAN, natione Alemannus, scripsit fasciculum Medicinæ librum vnum, de Venenis librum vnum, de anatomia & vrinis librum vnum. fasciculus impressus est Venetiis anno 1495.

IOANNIS KENTMANNI Medici Dresdensis doctiss. & diligentissimi Obseruationes in 2. centurias stirpium, quarum imagines (plerasque hactenus non publicatas à quoquam) partim in Italia, partim in aliis nationibus collectas, ad viuum expresit, nondum editæ. Nomenclatura sexcentarum Herbarum. Calculorum qui in corporis ac membris hominum innascuntur genera 12. depicta descriptaque cum historiis singulorum admirandis. Eiusdem Nomenclatura rerum fossilium quę in Misnia præcipuè & in aliis quoque regionibus inueniuntur, Tiguri apud Gesneros fratres 8. 1565.

IOANNIS KHEVMII Breidbachij Coloniensis, Zodiaci Medici, hoc est, Materiæ Medicæ Tomus primus, Coloniæ apud Gerardum Greuenburch 8. 1587.

IOANNIS KLANGI tractatus M. S. de febribus alicubi.

IOANNIS KREICHII Pharmacopolæ hortus M. S.

IOANNES KVEFNERVS Trochoreus Medicus apud Salinas Oeni in Germania, congessit Pharmacopoliterion (sic enim inscribit) in quo medicamenta composita, in Pharmacopolijs vsitata enumerat secūdùm alphabeticum ordinem singulorum affectuum, quibus illa medētur, Ingolstadij anno 1542. Eiusdem liber de vitanda & profliganda epidemica coti-

ça contagione impressus anno 1544. vnà cum tabula curatiua. Eiusdem de aliis pestis remediis libellus ex antiquissimis Medicis excerptus, excusus est ibidem eodem anno.

IOANNES LALEMANTIVS apud Augustodunum Heduorum Medicus, Hippocratem de hominis ætate, ex extremo fine libri de carnibus, de septimestri, item de octimestri partu, tr. & enarrauit, additis problematibus aliquot ab hac tractatione non alienis. excudit Geneuæ Ioan. Crispinus edidit nuper specimen recognitionis suæ in Galenum.

IOANNES LANGIVS LEMBERGIVS 4. Illustrissimorũ Principum Palatinorum Medicus dignissimus scripsit Miscellanea epistolarum medicinalium doctissimarum quæ primò excusæ sunt Basileæ apud Ioannem Oporinum anno 1554. in 4. chartis 49. epistolæ erant 83. quarum argumenta initio libri præfiguntur. Eiusdem epistolarum editio secunda anno 1560. Medicum de Republica symposium. Theoremata Chirurgica XI. ex epistolis desumpta in opere Chirurgico à Gesneris excuso Tiguri, folio. Epistolæ tertiò recusæ 8. Francofurti apud Vvechelos, cum Symposio anno 1589. chartis 76. epistolæ sunt 156. Obiit Heidelbergæ anno 1565. vigesimoprimo Iunij ætatis 80.

IOANNIS LIEBAVTII Medici Parisiẽsis Thesaurus sanitatis paratu facilis ex variis authoribus selectus 16. Parisiis apud Iaco-

bum du Puys 1577. chartis 24. Idem de sanitate, fœcunditate & morbis mulierũ lib. 3. Latinè scripsit, qui in Gallicam linguam sunt translati. Item commentarios 7. in Aphorismos Hippocratis Iacobi Hollerij edidit, suisque scholijs illustrauit, Parisijs apud Iacobum du Puys.

IOANNES LONICERVS, Germanus, scholia in Dioscoridis libros de materia Medica, cum nomenclaturis Græcis, Latinis, Germanicis & Hebraicis scripsit folio Francofurti cũ Gualtheri H. Ryff in eundem annotationibus 1543. Nicandri Theriaca & Alexipharmaca transtulit sermone soluto, & scholia adiecit, Coloniæ 1531. apud Soterum.

IOANNES MANARDVS Ferrariẽsis vir doctissimus & barbariei acerrimus osor scripsit Epistolarum medicinalium lib. 20. folio Basileæ apud Isingrinũ. Annotationes & censuras in medicamina simplicia & composita Mesue Basileæ apud Bebelium 1535. & apud Isingrinum 1540. in primum artis paruæ Galeni librum comment. Basileæ apud Bebelium 1536. Obiit Ferrariæ podagra oppressus an. 1536. 8. Martij.

IOAN. MARFELDE Philosophus & Medicus, scripsit praxin Medicinæ lib. 1.

IOANNIS MARQVARDI Practica Theorica Empirica morborum interiorum à capite ad calcem vsq; Spiræ apud Bernardum Albinum 1583. 8.

IOAN-

IOANNIS MASSARII Medici Harmonia.

IOANNES MATTHAEVS ex Ferrariis de Gradi, Mediolanensis scripsit in nonum ad Almansorem lib. 1. consilia varia lib. 1. super 22. fen tertij Canonis Auicennæ. Eius autem practicæ pars prima & secunda, vel commentarius textualis, cum ampliationibus & additionibus materiarum in nonum Rhasis ad Almansorem, adiuncto etiam textu, Papiæ anno 1497.

IOANNIS MESVAE Opera Lugduni impressa cum Antidotario Nicolai, & ratione medendi Cophonis & Summula Iacobi de partibus. Canones vniuersales de correctione medicamentorum purgantium, & de purgatione in genere in Aphorismos digesti. de simplicibus pharmacis purgantibus liber, in cuius prima parte agitur de illis quæ purgant absque veneni suspicione, in secunda verò de vehementibus & noxiis. Eius etiam de re medica libri 3. Iacobo Syluio interprete excusi Lutetiæ Parisiorum apud Vvechelum in folio anno 1547. chartis 47. Claruit 1158. Andreas Bellunensis duos Mesueos commemorat: seniorem cuius libri Arabicè tantùm extant, & posteriorem nostris notum, cuius libros negat se apud Arabes inuenire potuisse.

IOANNIS MICHAELIS Sauonarolæ

Patauini in Medicinam Practicam introductio, siue de compositione medicinarum liber: item Catalogus, continens tam simplicium quàm compositorum medicamẽtorum Nomenclaturas, vsum, & summam: libelli impressi Argentinæ anno 1533. cum Bertrutij introductione in Medicinam Practicam, & Bartholomæi de Montagnana artificio componendi medicamina: Sauonarolæ Physici apud Leonellum Marchionem Estensem de omnibus balneis, liber impressus Venetiis apud Christophorum de Pensis. Item de arte conficiendi aquam vitæ simplicem & compositam, deque eius admirabili virtute ad conseruandam sanitatem, & ad diuersas humani corporis ægritudines curandas, libellus impressus Haganoæ 1532. apud Valent. Kobium. Eius Practica impressa est Venetiis 1497. apud Octauianum Scotum. Item Canonica de febribus. Summa de pulsibus, de Vrinis, de egestionibus. de omnibus Italiæ Balneis. Tractatus de Vermibus: quæ omnia excusa sunt Venetiis 1498. apud eundẽ. idẽ scripsit de Physiognomia librũ quem vnà cum libro de Balneis Th. Gaza in Græcam linguam traduxit.

IOANNES MOIBANVS Medicus Augustanus, Dioscoridis ὑπόμνημα in linguam Latinam conuertere cœpit, sed morte præuentus opus non perfecit, verùm Conr. Gesnerus eo ante obitum ab ipso id postulante, absoluit librum & edidit Argentinæ 1565.

IOAN-

IOANNIS MONTANI Medici Parisiensis prælectiones doctissimæ in multos Galeni libros ab ipso exceptæ apud Cl. Casparū Vuolphium Tigurinum & nonnullos ipsius auditores seruantur.

IOANNES MORISOTVS, Medicus Dolanus, ait se scripsisse in Catalogo Colloquiis suis adiecto & edito, orationē in laudes Hippocratis. Hippocratis Aphorismorum genuinam lectionem & fidelem interpretationem, quam etiam annotationibus illustrauit. Commentaria Græca in Hippocratem de aere, aqua, locis, & flatibus tr. Gal. de decubitu ex Mathematica scientia lib. quem incredibili labore recognouit, & mox latinitate donauit. scripsit Epitomen in libros Galeni de elementis. librorum de temperamentis ac libelli quoque de inæquali tēperie epitomen Gręcè primùm dein Latinè conscriptam. de compēdiosa medendi ratione lib. 3. Interpretatio in Aphorismos Hippocratis, & annot. in Cornelium Celsum, item trium Galeni librorum de diebus decretoriis epitome simul excusa sunt Basileę apud Ioannem Oporinum 1547. Claruit 1551.

IOANNES MONHEMIVS librum de plantis in publicum dedit, in quem totam Gesneri plantarum historiam transcripsit: & quædam ex Catalogo plantarum eiusdem adiecit insuper nonnullas ex L. Fuchsio præcipuè, vt videtur, recentiorum præsertim & veteribus indictarū stirpium descriptiones, ordine literarū

IOAN. MYRICAE paraphrasis in Aphorismos Hipp. nescio an edita Basileæ.

IOANNES NICOLAVS STVPANVS Rhetus, Theoricæ Medicinæ hoc tempore Basileę publicus Professor, Philosophus & Medicus doctissimus nonnulla iam in Mathesi & Historia edidit, promittit verò THEATRVM GALENI NOVVM, hoc est, vniuersam Medicinam ex Galeno artificiosè cóscriptam, quod opus vt perficiat, diuturnam vitam ipsi bene precantur Medicinæ studiosi.

IOANNES OBSOPOEVS Bretanus Germanus in illustri Academia Heidelbergensi Theoricæ Medicinæ hoc tempore professor dignissimus, Hippogratis Iusiurãdum, Aphorismorum sectiones 8. prognostica, prorrhetiorum lib. 2. Coaca præsagia Græcè & Latinè recognouit, & lectionum varietatẽ ad illa diligẽter addidit, Francofurti apud heredes And. Vvecheli 16. 1587.

IOANNIS à PARISIIS Chirurgi, Chirurgia noua, vide ne fortè sit IOANNIS TAGAVLTII.

IOANNES de S. PAVLO, Gallus, quẽquam alij Salernitanum vocant, scripsit de morbis particularibus lib 1. de simplicibus lib. 1. & alia quædam, vt Medicinam practicam.

IOANNIS PAVLI PERVMIAE, Patauini Philosophi Therapeutice seu medendi ratio omnes affectus præter naturam. Venetiis apud Simonem Galignacum de Karera 4. anno

no 1574. chartis 43.

IOANNES PAVLVS ZANGMEISTER, Pharmacopœam L. Iouberti edidit. 8. Lugduni 1579 & ibidem in folio 1582.

IOANNIS PELSERS Examen Chirurgorum.

IOANNIS PETRI Arluni commentatio, vinúmne mixtum an meracum obnoxiis iuncturarum doloribus magis conueniat, edita.

IOANNIS PETRI MARENDAE, Brixiani, de euacuatione liber impressus. Eiusdem de ratione victus in morbis Commentarius excusus apud Ioannem Oporinum Basileæ.

IOANNES PETRVS VALLA, Georgij F. librum succedaneorum medicaminum vulgò Galeno adscriptum transtulit.

IOANNIS PHILIPPI INGRASSIAE, Siculi Rachelbutensis, de tumoribus præter naturam, Tomus primus ex Græcis & Arabibus Neapoli 1553. promittuntur etiam sex alij Tomi. Eiusdem Quæstio de purgatione per medicamentum, atque obiter etiam de sanguinis missione, an sexta morbi die fieri possit, &c. Eiusdē enarratio & curatio casus Illustriss. ducis terræ nouæ: è quibus tum penetrantis in thorace vulneris, tum fistulæ curandę methodus elucescit: cum nonnullis aliis quæstionibus de victus ratione in morbis. Venetiis anno 1568. in 4. Eiusdem Iatrologia ibidem in 16. apud Gryphium. idē edidit cum aliis quibusdam synopsin Commētariorum de peste.

in 8. Norimbergæ anno 1583.

IOANNIS PISTORII, de vera curandæ pestis ratione lib. 1. Francofurti apud Hier. Feyrabend 1568. in 8.

IOANNES PLACOTOMVS scripsit Commentaria in libellum Eobani Hessi de tuenda bona valetudine. Francofur. apud Egenolphũ. Eiusdem liber de Cereuisia, & propositiones de Ebrietate & de causa Continente, editæ cũ Comment. in Eoban. Hessum. de causa contemptus Medicinæ. Examen sententiæ L. Fuchsij in 2. libro ipsius Medicinæ Institutionum proditæ. de distillationibus Chymicis. de temperamentis Sandalorum & Camphorę. Pharmacopœæ compendium. Dispensatorium vsitatissimorum hoc tempore medicamẽtorum descriptiones continens. Aphorismi Hipp. in locos Communes ordine doctrinæ compositiuæ in vsum Medicinæ Tyronum congesti. Sententiæ præcipuæ ex Cornelio Celso. Themata contra versores Medicinæ in linguam Germanicam.

IOANNIS PLANERII Febrium omnium simplicium diuisio, & compositio, ex Galeno & Auicenna excerpta, & in arbores, vt faciliùs intelligatur, redacta 4. Venetiis.

IOANNIS PLATEARII, Salernitani, Practica breuis, Venetiis apud Octauian. Scotũ 1497. cum operibus Ioan Serapionis. Item liber de medicamẽtis simplicibus, ordine alphabeti, Lugd. cum Nicol. Præpositi dispẽsatorio.

IOAN.

IOAN. POLLTVS, tr. tres Galeni libellos nempe de purgantium medicaminum facultate, de his quos purgare oporteat, &c. de ptisana: habentur autem impreſsi cum cæteris Galeni operibus Latinis. Emendauit etiam & ſuppleuit quædam in Græco exemplari deſiderata, prçſertim in opuſculo de ptiſana, quod ipſe in epiſtola præfixa oſtendit.

IOAN. PHILIPPVS Lonerus ſcripſit ἱςορίαν Methodicá trium alui fluxuum, diarrhœæ, lienteriæ, & dyſenteriæ quos anno 1588. obſeruauit. Lipſiæ apud heredes Ioannis Steinmanni 4. 1589.

IOANNES QVINQVABORRAEVS linguæ Hebr. Profeſſor Pariſiis, Auicennæ libri tertij fen ſecundam quæ eſt de ægritudinibus neruorum, ex Hebraica Latinam fecit. Pariſiis apud Maternum Iuuenem 1570. in 8. Item libri 3. fen primæ tractatum 4. in quo ſcribit de ægritudinibus capitis & noxa multa illarum in functionibus ſenſus & moderaminis, ſiue partis rectricis. ibidem 1572.

IOANNES QVINTIANVS Medicus, Italus, Galeni ſcripta nonnulla de diebus criticis redarguit. Claruit Venetiis 1546.

IOANNES RAENERIVS Medicus, Practicam Dionyſij Fontanoni edidit, & ſingulis capitum initiis, morborum cauſas & ſigna ex Galeno, Paulo Ægineta & Aetio adiecit.

IOANNIS REVSCHII Medici de præcauenda & vitanda peſtilentia method. Lipſiæ.

bertum Vvinter, Lugduni apud Ioan. Tornæsium 16. 1556. Scribonij Largi de compositione medicamentorum liber, eiusdem opera à situ vindicatus, Basileæ apud Cratandrum 1529. Claruit 1556.

IOANNES RVFFVS Chirurgus Tigurinus edidit de Conceptu & generatione hominis & iis quæ circa ea considerantur, libros 6. Tiguri, & Basileæ cum aliis eiusdem argumenti 4. 1586. apud Conradum Vvaldkirchium.

IOANNIS RVNGII Pomerani de præcipuis visus symptomatis eorumq. causis Physica & medica contemplatio in 4. Basileæ.

IOANNIS de RVPE SCISSA, de consideratione quintæ essentiæ rerum omnium opus egregium duobus libris destinctum, editum est Basileæ 1561. vixit circa annum 1240.

IOAN. SALICETI de pestilentia & eius fuga tractatus.

IOANNES SAMBVCVS Tirnauiensis singularis & reconditæ doctrinæ vir præter multa alia in historia, &c. collegit Icones veterum aliquot & recentium Medicorũ Philosophorumque, Antuerpiæ apud Christ. Plantinum 1574. vtilis est liber ad vitam Medicorum cognoscendam, proinde huius loci esse potest.

IOANNIS SCHENCKII de GRAFENBERG, apud Brisgauorum Friburgum Medici, Obseruationes de capite ex clarissimis Medicorum veterum & recentiorum scriptis collectæ 8. Basileæ ex officina Frobeniana 158

reliquas obseruationes de singulis aliis hominis partibus eadem diligentia cõscriptas quotidie ab eo expectamus.

IOAN. SCHROETERI Vinariẽsis, Typus ex Hippocr. Galeno, aliisque bonis authoribus, per quem cognitis ex motu & cursu syderum mutationibus anni, vno intuitu de futuris inde morbis vnusquisque facilè prædicere poterit, Viennæ Austriæ apud Ægidium Aquilam 1551. in 8. sesquicharta.

IOANNES filius SERAPIONIS, Medicus de simplicibus medicamẽtis mira conscripsit, & totam Practicam Medicinæ compleuit. Antidotarium etiam celeberrimum compilauit; volumen impress. Argentinæ 1531. apud Georgium Vlricher. Eiusdem Practica dicta BREVIARIVM, & Synonyma, siue Arabicorum nominum explicationes ordine alphab. quæ in paucis differunt à Synonymis Rasis: item librum de simplici medicina: Octauianus Scotus impressit Venet. 1497. cum Ioan. Platearij Practica, & Basil. per Henricũ Petri 1543. Ioan. Serapionis Practica, Andrea Alpago Bellunẽsi Medico idiomatis Arabici peritissimo interp. Eiusdem Serap. Commentaria de facultatibus simplicium medicamẽtorum, Abrahamo Iudæo & Simone Ianuensi interpretibus: Excusa sunt hęc Venetiis à Iuntis 1550 folio. Claruit Leonis Imp. tempore circa annũ D. 742.

IOANNES SERMONETA Medicus, scripsit quæstiones in Aphorismos Hippocratis, & in

artem paruam Galeni: vtrumque opus impressum in Italia Claruit Bononiæ 1430.

IOANNIS de SOPHIA Patauini liber Antidotorũ. eiusdem Consilium contra sterilitatẽ. Practica Medicinę in 180. capitula distincta.

IOANNIS SPORISCHII ab Ortenbachow, M.D. Idea Medici, cum tractatu de symptomatibus crudelissimis, quæ scarificationi, & cucurbitularum vsui Brunæ incolis in Morauia superuenerunt. &, de febre Epidemica anni 1580 Francofurti 8 1582. Eiusdem Epitome Medicinæ practicæ tyronibus conscripta 8. Vvitebergæ 1582.

IOANNIS STEPHANI Medici tractatus de quantitate laxationis siue de dosibus, liber M. S. apud M. Dresserum.

IOANNIS SYLVII Insulensis medicinam Valentianis facientis, de morbi articularij curatione tractatus. 4. Eiusdem de lue Venerea declamatio habita Louanij in disputationibus solennibus 1557. Antuerpiæ apud Plantinum in 8 Tabulæ Pharmacorum, Antuerpiæ ibidem 1568. in 8.

IOANNIS TAGAVLTII Ambiani Medici celeberrimi, de Chirurgica institutione lib. 6. excusi Parisiis apud Vvechelos 1543. de medicamentis purgantibus lib 2. in gratiam Pharmacopœæ candidatorum Parisiis apud Galeotum à Prato, anno 1537. Eius Institutionum Chirurgicarum lib. 5. cum sexto Iacobi Hollerij de materia Chirurgica, excusi sunt Lugdu-

ni à Guilielmo Gazeio anno 1547. in 8. & Tiguri apud Gesneros fratres folio cum aliis eiusdem argumenti 1555. Eiusdem Metaphrasis in Guidonem de Cauliaco excusa est Parisiis. Claruit Lutetiæ 1537.

IOANNIS TAMARI Chirurgia, quæ dicitur THESAVRVS PAVPERVM.

IOANNIS THALII Medici Northusani doctissimi Hercynia sylua, hoc est, Catalogus plantarum sponte nascentium in montibus & locis plerisque Hercyniæ syluæ quæ respicit Saxoniam, edita cum Cl. Ioachimi Camerarij F. Horto Medico. Audio eandem syluam Hercyniam (in qua lustranda diligentissimus fuit) copiosiorem, & multos alios Medicos libros ab ipso conscriptos editos iri propediem à Clarissimo viro Vvendelino Thalio eiusdem fratre, qui hoc tempore non minori cum laude apud Northusanos Medicinam facit.

IOANNIS TOLLATI cuiusdam liber de remediis Herbarum aliisque, Margarita Medicinæ inscriptus, ordine literarum, Argentinæ publicatus est 1518. chartis 10.

IOANNES TRIEFFENBACH Medicus Augustanus cum aliis eius Reipub. archiatris cõsilium de peste scripsit.

IOANNES de TORNAMIRA, Gallus, scripsit super super 9. ad Almansorem lib. 1. de febribus lib. 1. Commentarium super Galenũm

de interioribus lib. 1. Libellus Isagogicus ad Practicam Medicinæ habetur impressus in calce Practicæ de Taranta anno 1506. Eiusdem Practica cum tractatu de febribus excusa est Venetiis à Luca Antonio Iunta 1521. folio quatern.16.

IOANNIS VALVERDAE Hamuscensis, de animi & corporis sanitate tuenda libellus Lutetiæ anno 1552. in Officina Roberti Stephani. Eiusdem Anatomia Hispanico primùm sermone, dein Italico, postmodum Latino cum figuris Vesalij æneis typis habetur excusa Romæ 1560 folio.

IOANNES VASSAEVS Meldensis, Gallus, nonnulla Galeni scripta Latinitate donauit, nempe: de Victus ratione in morbis acutis Commentarios 4. quibus epistolam præfixit qua ptisanæ vsum defendit contra Ioannem Manardum, quamuis eius nomen non exprimat. De causis respirationis. de vsu respirationis. de spirandi difficultate libros 3. Cratander impressit Basileæ. Eiusdem de iudicijs vrinarum tractatus in tabulas ex probatissimis authoribus digestus, Lugduni apud Rouillium 1545 & Tiguri apud Gesneros fratres in 8. 1554. cum alijs in Enchiridio rei Medicæ. Claruit anno 1532. transtulit etiam Galeni Commentarios tres in primum Prorrhetici librum.

IOANNIS VETERIS Burgundi oratio-

nes 21. in Medicinæ commendationem, & in gratiam octodecim Medicæ Laureæ candidatorum institutę Parisiis apud Federicum Morellum 1560.

• IOANNIS de VIGO Genuensis, prima pars Chirurgiæ practicæ quæ inscribitur COPIOSA, Lugduni impressa anno 1519. deinde eius secunda pars Lugduni anno 1518. floruit Iulij II. P. M. temporibus, cuius Chirurgus fuit.

IOANNES VOCHS, Coloniensis opusculum de omni pestilentia, & diuturna peste luis Venereæ scripsit, impressum in Germania 1537.

IOANNIS VRSINI Medici & Poetæ Elegiæ de peste, & ea Medicinæ parte quæ in victus ratione consistit, Viennæ in Gallia anno 1541. scripsit & alia quædam Carmina de re Medica.

IOANNIS VVIDMAN Medici libellus de vsu thermarum ferinarum.

IOANNIS VVIERI Medici Ducis Cliuensis libellus de Iræ morbo, & eiusdem curatione Philosophica, Medica & Theologica habetur excusus Basileæ in Officina Oporiniana.

IOANNIS ZACHARIAE cuiusdam Medicina extat Græcè in Italia.

IOANNIS ZECCHII Bononiensis Medici in primam Hippocratis Aphorismorum sectionem dilucidissimæ lectiones. Bononiæ apud

pud Ioannem Rossium in 4. 1587.

IOANNICII Introductio in artem paruam Galeni, impressa in Italia cum Theophilo de Vrinis, & Aphorismis Hippocratis à Constantino monacho translatis, &c. Argentorati apud Henricum Sebold. Idem Galeni librum spurium de motibus manifestis & obscuris, de Græca in Arabicam transtulit: Marcus autem Toletanus de Arabica in Latinam. transtulit etiam librum Hippocratis de doloribus mulierum, quem Galenus exposuit: vt scribit R. Moses in Aphorismis.

IOB quidam Medicus, citatur in Continente Rasis.

IODOCI HARCHII Modensis Medici Enchiridion simplicium Pharmacorum, quæ in vsu sunt, carmine scriptum, quod continet simplicium Historiam, Nomenclaturam, facultates, & administrationes. 8 Basileæ ex Officina Petri Pernæ 1573. chartis 28.

IODOCI LOMMII Burani, Medicinalium Obseruationum lib. 3. quibus notæ morborum omnium, & quæ de his ipsis haberi possunt præsagia iudiciaque proponuntur. de curandis febribus continuis liber, in 4. sectiones diuisus, quarum singulæ singulorum morbi temporum, quæ totidem quoque sunt numero, remedia continent. Commentarij de sanitate tuenda in primum librum de re Medica Cornelij Celsi. promit-

tit etiam libros de causis morborum & curationum.

IODOCHVS VVILLICHIVS Resellianus, Germanus, vir eruditus edidit Commentarium Anatomicum, in quo est omnium partium corporis diligens enumeratio. Eiusdem Vrinarum probationes, HIERONYMI REVSNERI Leorini M. scholis Medicis illustratæ, in quib. principia solidæ Vroscopiæ, ad solidæ Philosophiæ fontes reuocantur, multique medicorum errores deteguntur 8. Basileæ per Sebastianum Henricpetri anno 1582. chartis 25.

IOLAS BITHYNVS, materiam medicam tractauit, sed imperfectè, vt refert Dioscorides. A Plinio IOLLAS per duplex L scribitur, & citatur lib. 12. 13. 20. & septem sequentibus, & 33. 34. 35. In Nicandri Theriacorum scholiis IOLAVS pro IOLA legitur.

IONAS PHILOLOGVS Medicinæ definitiones Galeni operibus adiunctas ex Græcis Latinas fecit, seorsim excusas Parisiis apud Colinæum anno 1528. dein Basileæ cum cæteris Galenicis.

IONICVS SARDIANVS Medicus valde laudatur ab Eunapio.

IOSEPHI QVERCETANI Armeniaci, de curandis vulneribus, quæ sclopetorum & similium tormentorum ictibus acciderunt liber. 8. Lugduni apud Ioannem Berium. Eiusdem

Iuſdem ad Iacobi Auberti Vindonis de ortu & cauſis metallorum contra Chymicos explicationem, breuis Reſponſio 8. Lugduni apud Ioan. Lertotium.

IOSEPHI GRVNBEKII, Germani, de Mentulagra, ſeu de lue Venerea liber impreſſus 1503.

IOSEPHI STRVTHII Poſnanienſis Poloni, Sphygmicæ artis iam mille ducentos annos perditæ & deſideratæ libri quinque impreſſi Baſileæ ab Oporino 8. Idem vertit libros perperam Galeno aſcriptos de Aſtrologia, ſeu Prognoſtica de infirmorum decubitu ex mathematica ſcientia. de Vrinis, qui cum reliquis Galeni operibus impreſſi ſunt. Fertur totum Galenum à principio interpretandum ſuſcepiſſe. Docuit olim Patauij anno 1555.

IOSINA SCOTORVM Rex nonus, ſcripſit de virtutibus herbarum lib 1. Claruit anno à condito mundo 3826. ante Chriſtum autem 137.

ISAAC ben SVLAIMEN, citatur à Ioanne Serapione.

ISAAC BEIMIRAM Medicus, Salomonis Medici filius, (floruit anno Chriſti 1070) Ioannis Serapionis ſeculo multa ſcripſit & inter cætera in medicinis, de febribus, de vrina, de diætis, de ſtomacho pulchros tractatus compoſuit.

ISAACI IVDAEI de diætis vniuersalibus & particularibus libri duodecim : hoc est, de victus salubris ratione, & alimentorum facultatibus, Basileæ ex Officina Sixti Henricpetri 1571. 8.

ISAAC ISRAELITAE Medici Viaticum quod Græcè vertit Constans Memphitæ Medici F. Græcè M. S. habetur in Bibliotheca Galliæ.

ISAACI filij CVNEIN Medicinalia quædã Græcè alicubi habentur.

ISRAELITA quidã Medicus citatur in Grabadini Mesuæi.

IVDAEVS quidam Medicus citatur in Tacuinis Elluchasem, item à Ioanne Mesuæ in Grabadin, & Ioan. filio Serapionis.

R. IVDAE CHARISI de medelis corporum liber Hebræus excusus Venetiis. Liber est vt Hortulus sanitatis.

IVLIANITAE, aliàs IVLIANI cuiusdam Bononiensis de re Medica libri 3. extant Tiguri apud Christ. Clauserum.

IVLIANVS qui in Alexandria fuit tempore Galeni, scripsit libros 48. in Aphorismos Hippocratis, & multa eius temerè reprehendit: Galenus proprio contra Iulianum edito libro Hippocratem defendit. Idem librum de Methodo quem Philonem inscripsit, publicauit, qui citatur à Galeno, sicut & alter eiusdem περὶ ψυχικῶν καὶ σωματικῶν παθῶν.

IVLIVS

IVLIVS ALEXANDRINVS, Medicus Tridentinus & Cæsareus primarius, scripsit Galeni 64. enantiomatωn librum: Item Galeni Encomium, Iuntę impresserũt Venetiis 1548. in 8. chartis 22. & dimidia. Idem trans. ex Galeno librum aduersus Lycum, quod nihil Hippocr. in eo Aphorismo peccarit, Qui crescunt, &c. Librum contra ea quę à Iuliano in Hippocratis Aphorismos dicta sunt. Librum de succorum bonitate & vitio: excusi sunt hi libri Venetiis apud Iuntas cum Galeno 1550. Transtulit etiam Actuarij Ioannis libros de actionibus & affectibus spiritus animalis, huiusq; nutritione, Venetiis in 4. 1554. cum eiusdem Actuarij methodo medendi. Eiusdem contra Argenterium & Reinerũ Solenandrum, scripta quædam prodierunt. Item Pædotrophia carmine Tiguri impressa 1559. in 8. Item Medicus siue de Medicina liber doctissimus ibid. 1557. in 4. Eiusdem Salubrium siue de sanitate tuenda libri triginta tres ad Maximil. II. Imperat. fol. Coloniæ Agrippinæ apud Geruinũ Calenium & hæredes Quentelios. Eiusdem in Galeni præcipua scripta Annotationes, quæ Commentariorum loco esse possunt, in folio Basileæ apud P. Pernam. floret in aula Imperatoria hoc anno 1590. Extat quoque eiusdem Epistola Apologetica ad Rembertum Dodonæum. 8. Francofurti apud Vvechelos 1584.

IVLII CAESARIS ARANTII Bononiensis liber de humano fœtu Venetiis, & Basileæ. 8.

apud Henric. Petri 1579. chartis 7. Eiusdem Anatomicarum obseruationum liber, ac de Tumoribus secundùm locos affectos liber, Venetiis apud Iacobum Brechtanum. 4. 1587. Claudius Porallius ex eius lectionibus edidit Commentarium in Hipppocratis librum de vulneribus capitis. floret hoc anno 1590. Bononiæ.

IVLII CAESARIS SCALIGERI & generis splendore, & literarum peritia illustris. Commentarij in Hippocratis librum de somniis, adiecto etiam textu ab eodem conuerso Lugduni apud Gryphium 1538. Eiusdem commentarij in Aristotelis libros duos de plantis Lutetiæ apud Vascosanum 1556. Commentatus est quoque in Theophrasti libros de plantis. Geneuæ apud Ioannem Crispinum folio. Eiusdem veræ Alchymiæ artisque metallicæ citra ænigmata doctrina, certusque modus. Multa quoque Medica in verè Nobilibus illis Exercitationibus contra H. Cardanum habet.

IVLII DELPHINI, & aliorum quorundam, Consilium de Balneis Aquensibus Venetiis à Iuntis excusum in opere de Balneis. De præscribendis medicamentis liber Venetiis 1557 Idem in tres Galeni artis medicinæ libros scripsit.

IVLIVS MARTIANVS Rota libros aliquot Galeni transl. nempe de præcognitione, de sub-

de substitutis Medicinis. de purgantium medicamentorum facultate. Quos purgare conueniat, quibus medicamentis & quo tempore (hic libellus est cap.23. & 24. libri 7. Collectionum medicinalium Oribasij) de Theriaca ad Pisonem. de vsu Theriacæ ad Pamphilianum, de Antidotis libri 2. An sanguis in arteriis natura contineatur. de historia philosophica. de melancholia ex Galeno, Rufo & Posidonio cap. 9 libri sexti Medicinæ Aetij. de cura Icteri. de cura lapidis. Quæsita in Hippocratem.

IVLIVS PALAMEDES Adriensis Medicus, indicem copiosissimum & vtilissimum in omnes Auicennæ libros confecit.

IVLII PALMARII Constantini, Medici Parisiensis, de morbis contagiosis libri septem 4. Parisiis apud Dionysium du Val.

IVNIVS PAVLVS CRASSVS, Patauinus, Theophili Protospatarij de fabrica humani corporis libros 5 è Græco in Latinum transtulit. Conradus Neobarius excudit Parisiis anno salutis 1540. & Robertus Vvinter Basileæ. Idem Galeni libros aliquot cum operibus Galeni Venetiis impressos Latinitate donauit, nempe: de Remediis paratu facilibus ad Solonem. librum tertium de remediis paratu facilibus. Librum ad Thrasybulum num ars tuendæ sanitatis ad medicinalem artem spectet, an ad exercitatoriam,

De optima secta. de cuiusque animi peccatorum notitia atque medela. Commentarios in sextum Hippocratis librum de morbis vulgaribus. de Patauinis medicatis fontibus diligẽtiùs quàm quisque conscripsit, nescio an opus sit editum, vti neque ea quæ moliebatur in Theophrastum de Plantis. Vertit prætereà è Græco in Latinum, Aretęi Cappadocis Medici lib. 8. Rufii Ephesij de hominis partibus lib. 3. de vesicæ ac renum affectibus librum. de medicamentis purgantibus librum, Parisiis impressit Guil. Morelius 1554. Eiusdem & Bernardini Tauriasani, & Marci Oddi meditationes in Theriacam & Antidotum Mithridat. accuratissimè elaboratæ, & à Collegio Patauinorum Medicorum confirmatæ, per quas verissima conficiendorum antidotorum methodus perhibetur, & multi medicorũ & pharmacopœorum errores confutantur. 4. Venetiis 1579.

IVSTI Medici Hieram, medicamentũ purgans, Aetius Medicus celebrat.

IVSTI MOLLERI Fasciculus Remediorum ex Dioscoride & Matthiolo, omnibus humani corporis affectibus methodicè accommodatorum. 8. Basileæ apud P. Pernam anno 1579. chartis 54.

IVSTI VELSII Hagani Medici opuscula quædam Oporinus excudit Basileæ 1540. nempe, orationem vtrum in Medico variarũ artium & scientiarum cognitio requiratur, Hippo-

Hippocratis de insomniis librum translatum, Galeni de ea quæ ex insomniis habetur affectionum dignotione. Hippocratis Aphorismi 1. veram lectionem cum Galeni enarratione eodem interprete. Rationem castigationis eiusdem Aphorismi ac sententiæ eius enarrationem.

K

KACEBRAS quidam citatur à Ioann. filio Serapionis.

KAMINTI Episcopi Arusiensis, Regimen sanitatis per circulum anni.

KIRANIS (vel vt alij scribũt KIRANIDES, KIRANVS, CARANVS) scripsit quædam Arabicè de facultatibus magicis & medicis stirpium quarundam, lapidum & animalium lib. 4. quos Gerardus Cremonensis Latinos fecit barbara dictione. Gesnerus.

L

LACHI abbreuiator Auicennæ, citatur à Bellunense.

LANFRANCI Mediolanensis parua & magna Chirurgia, quas scripsit Parisiis sub Philippo R. Gallorum, impressæ Venetiis 1499. cum multis diuersorum chirurgicis scriptis.

LAVRENTII BERTOLINI, tractatus de Balneo Corsennæ, impressus est Venet. à Iuntis 1553. cum diuersorum authorum scriptis de Balneis.

LAVRENTII GRIELI Germani Medici Ingolstadij, liber de sapore dulci & amaro, Pragæ editus. De Componendis medicamentis, Commentaria in Dioscoridem, quorum tantùm duo libri absoluti sunt: nam auctor morte præuentus inchoatum opus non potuit absoluere.

LAVRENTIVS HIEL Medicus scripsit Epitomen Historiæ animalium quadrupedum CONRADI GESNERI.

LAVRENTII IOVBERTI Valentini Delphinatis, Regij Medici, Academiæ Monspeliensis Regij Protodidascali, Cancellarij, & Iudicis, viri in Medicina & Philosophia summi, Opera Latina duobus tomis excusa, folio Lugduni apud Stephanum Michaelem anno 1582. vterque Tomus chartas habet 340. sunt autem hæ ipsius Lucubrationes: Paradoxorum Decades 2. Annotationes in duos priores libros Galeni de facultatibus naturalibus. Annotat. in Galeni librum de differentiis morborum. Annotat. in Galeni librum de differentiis symptomatum. De conuulsionis essentia & causis. De cerebri affectibus. Ars componendi medicamenta. De syrupos conficiendi modo, & vtendi ratione. Quæstiones Medicæ. De peste liber vnus. Tractatus de Quartana. de Paralysi. Medicinæ practicæ priores libri 3 Isagoge ad Therapeuticam Methodum. de pilorum & cutis (præsertim capitis

pitis) affectibus, & de Cephalalgia tractatus vnus. de Thoracis partium affectibus tractatus alter.. Pharmacopœa. atque hæc in primo Tomo. Secundo verò hæc habentur: de Vrinarum differentiis, causis & iudiciis liber vnus. THOMAE IORDANI Medici Responsio ad Laurentij Iouberti paradoxon septimum decadis secundæ. LAVRENTII IOVBERTI ad Thomam Iordanum pro suo paradoxo Apologia. FRANC. VALLERIOLAE Animaduersiones in omnia Laur. Iouberti Paradoxa: & IOVBERTI ad singulas Responsio. Sententia BRVNONIS SEIDELII, de iis quæ Laurentius Ioubertus in paradoxis suis de febrium humoralium origine ac materia disputauit. Examen sententiæ Seidelij, per SIMONEM SIMONIVM. Laurent. Iouberti Prouocatio à sententia Brunonis Seidelij de febrium humoralium origine ac materia. Laurent. Iouberti & ALEXIDIS GAVDINI Disputatio de iteranda sæpius phlebotomia in eodem morbo. GVILIELMI RONDELETII vita, mors, & Epitaphia cum catalogo scriptorum ab eo relictorum, quæ ad Laurēt. Iouberti manus peruenerunt. De Vairola magna liber vnus. Declamatio in IOANNIS SAPORTAE inauguratione, &c. & Oratio inauguralis pro duobus viris, CHRIST. SCHILLINGO Silesio, & DANIELE GALARSIO Parisiēsi, cùm Doctoratus eis cōferretur.

Eiusdem de Gymnasiis & generibus exercitationum apud antiquos celebrium lib. 1. de Balneis tum Græcorum tum Roman. lib 1 L. Iouberti & IOAN. SERRANI disputatio περὶ τῆς ἐπιτυχίας. De nominis Iouberti orthographia D. IOSEPHI SCALIGERI Censura. Gallica ipsius opera habes in Appendice Gallica. nec dubium est quin plura ipsius monumenta alicubi adhuc seruentur, quæ vt edantur omnes vehementer optant. Obiit verò summū Galliæ decus 1582. 29. Octobris, hora 7. mat. ex dysenteria, non longè à Tholosa, anno ætatis suæ 52. Chirurgiam magnā Guidonis de Cauliaco integritati suæ restituit & annotationib. illustrauit. 4. Lugduni 1585.

LAVRENTIVS LAVRENTIANVS Florentinus vertit Commentariorum Galeni in Hippocrat. prædictiones libr. 3. qui cum reliquis Latinis Galeni operibus Basileæ publicati sunt: item, Artem paruam Galeni, & de differentiis febriū libros 2. qui Parisiis excusi sunt 1519. Claruit 1500.

LAVRENTII MAIOLI Geneuensis liber de gradibus medicinarum, Venetiis 1497.

LAVRENTII SCHOLTZII Vratislauiensis Aphorismorum Medicinalium cùm Theoricorum tum Practicorum sectiones octo. Vratislauiæ. 8. 1589.

LEONIS ROGANI Commentaria de Pulsibus, in quibus omnium accuratissimè pulsuum artem prodidit, Neapoli.

LEO

LEO SVAVIVS Theophr. Paracelsi compendium ex optimis quibusq; eius libris collegit. Scholia item scripsit in libros 4. de vita longa. Vitam Paracelsi. Catalogum operũ & librorum eius. Basileæ hæc omnia simul impressa sunt à Perna 1568.

LEODEGARIVS à QVERCV scripsit Epitomen in Ioan. Ruellium de Stirpibus.

LEONARDI BERTAPALIA Paduani, Chirurgia, siue Recollectæ habitæ super quarto Auicennæ. Excusæ Venetiis 1499. cum variis aliorum Chirurgicis operibus.

LEONARDI BOTALLI ratio curandæ luis Venereę. Eiusdem de curatione per sanguinis missioné, de modo incidendæ venæ, cutis scarificandæ, & hirudinum applicatione. 8. Lugduni & Antuerpiæ apud Christ. Plantinum. 8. 1583. chartis 14. cum dimidia.

LEONARDVS FVCHSIVS Sueuus Vvembdingensis, Medicus insignis, scripsit multa quæ ex diuersorum officinis prodierũt: vt sunt Medicinæ methodus, seu ratio compendiaria, perueniendi ad veram solidamque medicinam: item de vsitata huius temporis componendorum miscendorumque medicamentorum ratione libri 3. iis qui praxin Medicam exercẽt, maximè necessarij, Isingrinus excudit Basileæ 1541. de sanandis totius humani corporis, eiusdemq; partiũ tam internis q̃ externis malis lib. 5. Basi. apud I. Oporinum 1542. Tabulæ aliquot vniuersæ medicinę sum-

mam & diuisionẽ compendio complectentes Basil. apud Robertũ Vvinter. Tabulæ sex in Gal. libros de morborum causis & symptomatib ibid. Paradoxorum medicinæ lib 3. in quibus multa à nemine hactenus prodita, Arabũ ætatisq. nostræ Medicorum errata confutantur, & obiter Sebastiano Montuo Medico Riuoriensi respondetur: Bebelius excudit Basileæ 1535. Apologiæ tres, quarũ prima aduersus GVIL. PVTEANVM docet, Aloen aperire ora venarũ. 2. aduersus SEBAST. MONTVVM nõnulla paradoxorũ capita defendit. 3. aduersus HIEREM. THRIVERIVM, in internis inflammationibus, pleuritide præsertim, è directo partis affectæ sanguinẽ mittendum esse. item explicationes aliquot paradoxorũ, Robertus Vvinter exc Basileæ 1538. De historia stirpium Commẽtarij insignes, adiectis earũdem viuis, plusquàm quingentis imaginibus, numquam anteà ad Naturæ imitationẽ artificiosiùs effictis. item succincta vocũ difficiliũ & obscurarum passim in eo opere occurrentiũ explicatio, Isingrinus exc Basileæ fol 1542 Hipp. Aphorismorũ sectiones 7. transtulit, & luculentissimis comm. illustrauit: adiectis annotationibus, in quibus quotquot sunt in Galeni cõmentariis loci difficiles ad vnguem explicantur, Ioan Oporinus excudit 4. Basileæ 1544. vertit etiam aliquot Epidemiorum libros Hippocratis, & commentarios adiecit, qui iam olim impressi sunt. Eius quoque aduersus

CHRIST.

CHRIST. EGENOLPHI Typographi Francofurtensis calumnias responsio, excusa est Basileæ 1545. Item CORNARIVS furens, ibidem apud Erasmum Xylotectum. Idem scripsit Apologiam aduersus GVALTH. RYFFVM excusam Basileæ 1544. Difficilium aliquot quæstionum & hodie passim controuersarum explicationum libri 4. ibidem 1540. Nicolai antidota vertit, & annotationibus illustrauit. Annotationes quoque scripsit in libros Galeni de tuenda valetudine excusas Tubingæ 1541. In eiusdem libros de differentiis febriũ & locis affectis commẽtaria Parisiis excusa 1554. in eiusdem de morbis libros commentaria excusa sunt. Item in libros de simplicibus medicamentis. præterea libros quinque de medendi ratione recognouit & auxit, additis trib. libris chirurgicis. Basileæ impressit Oporinus. Plantarũ effigies è L. Fuchsio quinque diuersis linguis redditas Balthasar Arnoulletus excudit Lugduni 1551. & eædem cum solis Germanicis & Latinis nomenclaturis Basileæ. 8. apud Isingrinum: Eius quoque herbarium integrum aliquoties in Gallia excusum est. An morbifica aliqua sit de Galeni sententia causa continens. Quæstiones medicæ de peste. nescio an eius Commentarij in methodum medendi Galeni sint editi: idem Hippocratis Epidemiorum libros, vertit & in ordinem Alphabeticum redegit. Commentaria in Galeni lib. 3. de Temperamentis.

Compendium Anatomiæ ex Gal. & Vesalio tomis 2. Tubingæ apud Vlric. Morhardum. 8. 1551. chartis 32. prætereà duos alios tomos historiæ stirpium, primo adiecit, in quibus omnibus plures quàm duodecim iconũ sunt centuriæ. Extat eiusdem liber de sanguificatione nescio an separatim excusus. Obiit Tubingæ 6. Idus Maij 1566. ætatis suæ 65.

LEONARDI IACCHINI Emporiensis, Medici Florentini & Pisis medicinę professoris, liber de numero & entitate indicationum, impressus Tractatus aduersus Auicennam, Mesuen, & vulgares medicos omnes, Gryphius excudit Lugduni 1540. Galeni de præcognitione libellum ab eodem conuersum, & commentario explanatum idem excudit. Oratio apologetica, præcognitionem ex medicina vt plurimum certam esse, si nihil delinquatur. Commentaria eruditissima in nonum librum Rasis, de partium morbis, opera ac diligentia HIER. DONZELLINI emendata & perpolita (hæc etiam excusa sunt Lugduni apud Carolum Pesnot in 8. 1577.) Eiusdem libri, Præcognoscendi Meth. de rationali curandi arte, de Acutorũ morborũ curatione, Quęstiones Naturales, omnia impr. Basil. apud P. Pernã in 4.

LEONARDVS LEGIVS Medicus, ex multis Galeni libris flores collegit. scripsit etiam expositionem capituli aurei Auicennæ, Introductorium medicinæ, Summam seu Tabulam complurium ex antiquis medicis pharmacorum

macorum simplicium & compositorum, secundùm ordinem alphabeticum, locorum corporis vel affectuũ quibus medêtur aut nocent: opus excusum Papiæ 1520. cum Galeni libro de paratu facilibus, & libro secretorum ex veteri translatione.

LEONARDVS SCARDONIVS Pertopalea Patauinus scripsit super canonem quartum Auicennæ insignes commentarios, & de aquis conficiendis ad pellendas ægritudines maximè idoneis.

LEONELLI FAVENTINI de VICTORIIS, liber de ægritudinibus infantiũ, excusus apud Georgiũ Kuefnerum 1544. Lugd. apud Frell. 16. 1547. Eiusdem Practica medicinalis à capite ad pedes exc. Ingolstadij 1545. in 4. & in Gallia. Fertur etiã eiusdem autoris liber de morbis mulierum extare Viẽnæ apud Christ. Heipergerum Medicum breui edendus.

LEONIDAE Medici multa passim fragmenta in Aetij Medici libris leguntur, nempe de hydrocephalis, de sutura palpebrarum, de fistulis ani, de pudendorum thymis, de testium scrotique inflammatione, de hydrocele, de intestinorum ramice, de brachiorum ac crurum dracunculis, de strumis, de atheromatibus & meliceride, de mammarum fistulis, de cancris mammarum, Chirurgia cancri, de mamilla indurata.

LEVINI LEMNII Medici Zirizæi Belgæ libelli 3. perelegantes & festiui omnib. artium

canditatis apprimè vtiles. Primus de astrologia, in quo obiter indicat, quid illa veri, quid ficti falsiq; habeat, & quatenus arti sit habēda fides. in quo deniq; multæ amœnissimęq; causę explicātur, tum prouerbij origo, QVARTA LVNA NATI. Secūdus de præfixo cuiq; vitę termino. Terti⁹ de honesto animi & corporis oblectamēto, & q̃ exercitatio homini libero potissimū conueniat: obiter de frugalitate & vict⁹ tēperantia, ac rerū rusticarū amœnitate, Antuerpiæ Mart. Nutzius 1554. Eiusdē similitudinum ac parabolarū, q̃ ex herbis ac fructib. desumūtur explicatio, Antuerpiæ 1569 & Geneuæ cum F. Vallesij Philosophia sacra, Colon itē & Ienæ. 8. 1588. De occultis Naturæ miraculis ac varijs rerum documētis libri 4. Antuerpiæ. 8. apud Plantinū 1564. & Ienæ. 8. apud Tobiam Steinman 1588. De habitu & constitutione totius corporis lib. 2. 8. Erphordiæ 1582.

LILIVS GREGORIVS GYRALDVS Ferrariensis, Simeonis Sethi Medici Antiochensis libellum περὶ τροφῶν δυνάμεως, hoc est, de facultate cibariorum, corruptum emendauit, ac in linguam Latinam transtulit. Eius Opera Venetiis, & Basileæ apud Thomam Guarinum folio excusa sunt.

LOCVSTVS auctor, vt videtur, Chymicus citatur ab Hortulano philosopho.

LOGADII Medici hiera medicamentum purgans describitur ab Aetio.

LVCAE GAVRICI Neapolit. de conceptu

natorum

natorum & septimestri partu, ex Valente Antiocheno, opus excusum Venetiis 1533.

LVCAS VALENTINVS Dertonensis Medicus, scripsit carmine de compage & vtilitate membrorum.

LVCIANVS BELLVS de Rocca CONTRADA, scripsit contra Ortum (aliàs Odum) de prandio & cœna. liber excusus Mediolani in 4.

LVCILLVS PHILALTHEVS scripsit Consiliorum tomos duos de grauissimis morbis. promittit Theoricen & Practicen medendi. Commentarios de prognosticis Hippocratis.

LVCII APVLEI Afri Madaurensis Philosophi Platonici liber de Medicaminibus Herbarum. 8 Basileæ apud H Petri 1533. & denuò Tiguri etiam 4. Libellum etiá de Betonica Apuleio adscribunt: qui tamená plerisq; ANTONIO MVSAE tribuitur. Gesnerus.

LVCIVS CAELIVS Arrianus Medicus, scripsit celerum & tardarum passionum libros, qui nunc CAELII AVRELIANI nomine circumferuntur, vt ADRIANVS IVNIVS asserit.

LVDOVICVS BELLISARIVS, Medic⁹ Mutinésis, Gal. aliquos libros Venet. editos apud Iuntas cum reliquis eius operib. tráſtu it, nempe orationem suasoriam ad artes. de sectis ad eos qui introducũtur. de instrumento odoratus: & quædá ab ab aliis translata recognouit.

LVDOVICI BONACIOLI Ferrariésis Med.

Eaneas muliebris impressa est in Italia, & 4. Basileæ cum aliis eiusdem argumenti scriptis apud Thomam Guarinum 1586.

LVDOVICI CHARENSII Introductoriũ in artem medicã practicam lib. foliis 8. docuit hic publicè Patauij Practicã medicinã, ab anno 1520. vsq; ad annum 1539.

LVDOVICVS CORADVS de AVSTRIA Mantuanus trãstulit Philothei Medici, quem alij Theophilum vocant, commentaria in Aphorismos Hippocratis, excusa 1549. Venetiis apud Cominũ de Tridino in 8. chartis 12. & dimidia cum indice.

LVDOVICVS DVRETVS Segusianus, Regius professor Parisiis, quem GENIVM HIPPOCRATIS nominant nonnulli, scripsit Aduersaria in Iacobi Hollerij libros de morbis internis cum iisdem excusa Parisiis anno 1571. & alibi. idem Hippocratis Coacas prænotiones interpretatus est & enarrauit, Parisiis apud Baptistam du Puys in folio anno salutis 1588. dicitur quoque commentarios conscripsisse in Hippocratis Aphorismos qui nescio an extent.

LVDOVICVS MERCATVS Hispanus Medicinæ in Academia Vallesoletana professor edidit libros 4. de morbis mulierum communibus, virginum, viduarum, sterilium, prægnantium, puerperarum, & nutricum. 4. Basileæ apud Conrad. Vvaldkirch 1588 cum aliis eiusdem materiæ scriptoribus. Extant & eiusdem

eiusdem libri duo de communi & peculiari præsidiorum artis Medicæ Indicatione, adiecta procemij loco Methodo vniuersali in tres classes dissecta. 1. partes affectas. 2. affectus ipsos. 3. medendi rationem monstrante. 8. Coloniæ sumptibus Ioannis Baptistæ Ciotti octernionibus 46. 1588.

LVDOVICI PASINI, Medici Patauini, liber de thermis Patauinis, & aliis quibusdam Italiæ balneis, Venetiis à Iuntis 1553. cum diuersorum authorum lib. de Balneis.

LVDOVICI SEPTALII Medici Mediolanensis Comment. in librum Hippocratis de aere, aquis & locis, folio Coloniæ apud Ioan. Baptistam Ciottum 1590.

LVDOVICVS VASSAEVS, Catalaunensis Gallus, concinnauit librum Anatomes corporis humani, in quatuor partes seu tabulas diuisum Lutetiæ apud Ioan. Foucheriũ 1540. & recognitũ ibidem folio apud viduam Viuantij Gaultherot 1553. chartis 27.

LVDOVICI ZIMALIAE Bergomatis, liber qui inscribitur index Balneorum agri Bergomatis, Venetiis à Iuntis cum aliis autoribus 1553 & 4. Bergomæ 1582.

LYCI Medici fragmentum de cataplasmatis cùm aliis, tum ex eo quod ex fermento fit, extat adud Aetium.

LYSIMACHVS Hippocratius citatur in scholiis in Alexipharmaca Nicandri in remediis contra Dorychnium.

M

MAGNVS, aliàs MAGNINVS, Mediolanensis, Arnoldi de Villa noua librum de regimine sanitatis sibi vendicauit, additis & immutatis quibusdam impressus extat.

MAHAZER quidam Medicus Arabs citatur à Ioanne Serapione.

MANTIAS Medicus Herophili sectator, Pharmaca plurima scripsit, & libros de Officina Medici. Galenus.

MARCELLI DONATI, Mantuani Medici Philosophi & Equitis tractatus de Variolis & morbillis à nullo antea editus. Eiusdē de radice purgante, quā Mechioachan vocant, Mātuę apud Philoponos fratres 1568. in 4.

MARCELLVS SEDITES Medicus sub M. Antonio, scripsit versibus heroicis libros Medicos 42 Suidas.

MARCELLI Medici fragmētum de Lycantrophia extat in libris Aetij.

MARCELLI de medicamentis empiricis, physicis ac rationabilibus, à capite ad pedes, liber ante annos 1230. (1590) plus minus scriptus, Basileæ produt ex Officina Frobeniana 1536 ex emendationibus IANI CORNARII, adiectis aliquot Galeni libris, per eundem IANVM CORNARIVM latinitate donatis. Marcelli Empirici liber cum aliis Medicorum scriptis editus est ab H. Stephano, folio 1567.

MANCHOS quidam Chymicus scriptor citatur

tatur à seniore Zadith.

MARCELLVS VERGILIVS, Secretarius Florentinus, Ped. Dioscoridis de Medica materia lib 5. & vnum de venenis latinos fecit, & Commẽtarios doctissimos adiecit Ioan. Stoer excudit Coloniæ 1529. adiecto etiam Græco textu è regione Latinæ versionis, & seorsim subiuncto Hermol. Barbari corollario. Trãslatio hęc seorsim quoq; excusa est Venet. & alibi.

MARCION Smyrnęus de simplicibus affectibus scripsit, teste Plinio.

MARCI ANTONII MONTISIANI Geminianensis, Medici Florentini Quæstiones medicinales 24. prima de cane rabido aduersus Auicennam, Albertũ, Leonicenũ, pro Aristotele & Theodoro Gaza. 2. aduersus Gazam, qui 1. hist. animalium cap. 13. inquit, Iecur supra septum positum est à dextero latere. 3. aduersus Plinium, qui Aristoteli ascribit, remoram habere pedes. 4. contra Leoniceni castigationes in artem paruam Galeni. 5. de causa Continente contra Leonicenum. 6. Stoicorum opinio de causa Continente. 7. Methodicorum opinio de causa Continente. 8 de causa Continente aduersus Fuchsium. 9. de causa Continente aduersus Curtium. 10. contra Leonicenum in castigatione de Phlegmone cum plenitudine. 11. contra Leonicenum qui 3 artis paruæ pro MAIORA legit MINORA. 12. de febre & eius causa contra Fuchsium & Curtium. 14. An morbus possit esse substantia contra Fuchsium & Curtium. 15. Febris an

ſit paſsio calida & ſicca contra Curtium.16.An Calor extraneus in eſſentiales differentias diſſecetur.17. de ſanguinis miſsione in febre putrida cõtra Curtium & Andream Thurinum. 18.de Medicinæ ſubiecto aduerſus Manardũ 19 de Medicinæ definitione. 20 de ſano & ſalubri contra Manardum 21. de Aromate ex Manardo.22. Exanthematis ſignificatio, contra Manardum & Fuchſium.23.de Conuulſione & ruptione contra Manardũ & Fuchſium. 24.An primi principeſque mittendi ſanguinis ſcopi, ſint morbi magnitudo, & laborantis robur.

MARCVS FABIVS CALVVS, Rauennas, omnia Hippocratis opera vertit.

MARCI GATINARIAE Medicinæ expoſitio in nonum Rhazæ ad Almanſorem, de curandis morbis à capite ad pedes excuſa Lugduni 1532. apud Vincentium de Portonariis cum Blaſij Cæſaris Lãdulphi & Sebaſt. Aquilani libellis de febribus, ac eiuſdem Aquilani de lue Venerea: dein Baſileæ apud Henricpetri 1537.

MARCI ODDI Patauini, Medici Methodus exactiſsima de componẽdis medicamentis, & aliorum diiudicandis. 4. Pataüij 1583. Idem parentis ſui libros edidit & Apologiam adiecit, pro germana ac nondum explicata Ariſtotelis & Galeni ſententia de putredine, contra Argenterium. Venetiis apud Meietos fratres 1570. in 4.

MAR-

MARCVS TOLETANVS librum spurium Galeni de motibus manifestis & obscuris, ex Grçca in Arabicam linguam translatum à Ioannitio, rursus ex Arabico Latinum fecit.

MARIANI SANCTI, Barolitani, Itali, opera quædam impressa Venetiis apud Iuntas 1543. nempe, commentaria in Auicennæ textũ de apostematibus calidis, de contusione & attritione, de casu & offensione, de caluariæ curatione, compendium in Chirurgia. Libellus de lapide Renum, seorsim quoque excusus Parisiis apud Vvechelum. Libellus aureus de lapide Vesicæ per incisionem extrahendo, cum figuris instrumentorum. Libellus quidditatiuus de modo examinandi Medicos Chirurgicos. Oratio de laudibus Medicinæ. in præfatione inuehitur aduersus recẽtiores Medicos Græcæ linguæ studiosos, & Auicennam defendit. Hæc omnia ferè, excusa sunt Tiguri apud Gesneros fratres in opere Chirurgico. Claruit anno 1544.

MARINI Anatomicorum commentariorũ meminit Galenus lib. 2. Anatomicarum administrationum, & eos imperfectos & obscuros nominat.

MARIVS NIZOLIVS Brixellensis vertit Galeni explanationem obsoletarum vocum Hippocratis. Liber ab eo accuratè recognitus, excusus est Venetiis à Iuntis cum operibus Galeni 1550.

MARSILII COGNATI Veronẽsis, Medici,

Obseruationum lib. 4. eiusdem disputatio de ordine in cibis seruando. 8. Romæ 1587

MARSILIVS FICINVS Florentinus Philosophus Platonicus egregius edidit Antidotum Epidemiorum, & præseruationem secũdæ valetudinis. Cratander excudit Basileæ 1532 eiusdem oratio de laudibus Medicinæ, & nonnulla alia Medica habentur in operibus ipsius simul excusis Basileæ folio, apud HenricPetri. Claruit 1490.

MARSILII de S. SOPHIA tractatus, siue Receptæ, hoc est, medicaminũ particularium compositiones super prima fen quarti Auicẽnæ de febribus, vnà cum cura omnium accidentium in febribus, quæ æquipollet Practicæ à capite vsque ad pedes, Lugduni 1507 Extant & consilia eius Medica, maximè de auditu, tinnitu aurium, &c. eiusdem super posteriore parte quartæ fen primi canonis Auicennæ.

MARTINVS ACAKIA Catalaunensis, Medicinæ olim Professor Lutetiæ, Galeni de ratione curandi ad Glauconem libros 2. Latinos fecit, & commentarios addidit: Colinæus impressit Parisiis 1538. & Iuntæ Venetiis 1547. Galeni artem paruam interpretatus est, & enarrauit. Fecit etiam synopsin quinque librorum Galeni de simplicibus. Claruit 1530.

MARTINVS GREGORIVS Medicus Parisiensis, aliquot Galeni librorum translationes ad Græca exemplaria castigauit, vt notẽ,

Meden-

Medendi Methodum, Introductionem in Pulsus, de Motu Musculorum libros 2 de vsu partium libros 17. De alimentorum facultatibus libros tres. de attenuante victus ratione librum 1. qui omnes Parisiis non ita pridem impressi sunt.

MARTINI HENRICI Sanganensis Professoris Vuitebergensis, pulcherrimarum quæstionum Medicarum Tomus primus. His accessit Consilium de Diabete, Papiæ 1567. 4.

MARTINVS MICRONIVS, Gandauensis, in plerosque Anatomicos Galeni libros: & in libros de placitis Hippocratis & Platonis argumenta conscripsit, quæ cum Latinis Galeni operibus excusa sunt Basileæ apud Frobenios 1549.

MARTINI POLICHII Mellerstadij Quæstio de complexione, quid sit & quotuplex sit: & alia nonnulla. Floruit Vuitebergæ.

MARTINI RVLANDI Frisingensis, Medici Professoris dignissimi in schola Laugingana, Hydriatice, hoc est, ratio curandi totius corporis morbos per aquas dulces, acidas, & thermas: species & vires aquarum secundùm genus: nomina item loca & vires balnearum alphabeti ordine, & postremò Aphorismi de præparatione ad balnea & recto vsu libellus in 8. editus 1568. Aphorismi Hipp Græcolatini in locos communes digesti. Basileæ Oporinus excudit. Eiusdem Medicina Practica recens & noua continens omnes totius humani cor-

poris morbos per Alphabeticum ordinem collectos: quibus singulis addita sunt medicamenta composita τὰ ἰνηξεστα quæ vbique locorum hodie in Pharmacopœis extant parata; Argentinæ 1564. Appendix de dosibus seu iusta quantitate ac proportione medicamentorum compositorũ omniũ, alphabetico ordinẽ conscripta ibidem De Phlebotomia, morbisq; per eam curãdis, Argentinæ. De Scarificatione morbisq; per eã curãdis, Argentinę (hi duo Germanicè quoq; extant) hos prætereà conscripsit, quos nescio an omnes adhuc emiserit. Ætiologicæ Medicinæ Indices duo: Vnus rerum morbos efficientium: Alter morborum cum annexis eorundem causis. Ἀπλοφαρμακεῖα; hoc est, Simplicium medicamentorum Nomenclatura, Locus, Qualitates & experimenta certa ac vera ad quoduis morborum genus; opus magnum, aureum ac diuinum. Empirologia magna ad omnem corporis ægritudinẽ: Centuria prima curationum Empiricarum, Centuria item secunda, vtraque edita Basileæ 16. apud H. Petri 1580. chartis 31. Balnearium restauratum, in quo curantur morbi tam externi quàm interni per balneas naturales, artificiales, Insessus, Lixiuia, Sudationes: itemque per Scarificationes ac Phlebotomias, distinctũ in libros 3. 8. Basileæ.

MARTINI STAINPERS, Antidotale, Viennæ 1510.

MASVVE citatur in Tacuinis Elluchasem M.

MAT-

MATTHAEI BENDINELLI tractatus de Balneis Lucensibus Villæ & Corsenæ, Venetiis à Iuntis cum diuersorum authorum scriptis de Balneis 1553.

MATTHAEVS CVRTIVS, Ticinensis Medicus, scripsit de Venæ sectione in Pleuritide, de Aquæ bonitate. Explicationem in Anatomen Mundini, Papiæ 1550. in 8. chartis 27 & Lugduni apud Paganũ 1551. Dolandi methodum ad Tyrunculos in Italia impressam, & apud Ioan. Mareschallũ cũ aliis eiusdẽ generis autoribus in 8. 1584 Claruit 1540.

MATTH. DRESSERVS, Erphordiensis Germanus edidit tractatum elegantem de partibus corporis humani, & de anima eiusdemque potentiis, in cuius fine nomina omnium morborum Latinè & Germanicè adscripsit, excusus est Vviteberge. Francofurti recognitus apud Nicolaum Bassæum 1584. & Lipsiæ 8 1586.

MATTH. de GRADIBVS Cõsilia Medica, super summam de vrinis. super 22. decimi canonis Auicennæ. suprà facta est mentio ANTONII de GRADIS, qui consilia Medica & quædam alia scripsit.

MATTHAEVS SYLVATICVS, Mãtuanus, scripsit ad Robertum Siciliæ Regem, librum Pãdectarum Medicinæ, ex omnibus antiquorum libris collectũ, qui omnia Medicinæ simplicia Pharmaca secundùm ordinem alphabeti, describit, & vires explicat, ac innumera

vocabula declarat: idque in variis linguis, Latina, Græca, Arabica, & vulgò vsitatis apud pharmacopolas nominibus. Opus impressum est Venetiis anno 1489. ex emendatione Matthæi Loreti Brixiensis, & Taurini apud Antonium Ranotum in folio anno 1526. Claruit anno 1320.

MATTHAEI de VERONA, Tractatus de digestiuis & euacuatiuis.

MATTHAEI VICECOMITIS, Mediolanensis Medici, regimen contra pestem 1535.

MATTHIAS CORNAX Medicinę Doctor, Physicus Viennæ Austriæ, edidit historiam quinquennis ferè gestationis in vtero, & quo modo infans semiputridus, refecta aluo exemptus sit, & mater curata euaserit. Ioannes Carbo impresit Viennæ 1550. in 4. chartis 4. & dimidia.

MATTHIAE LOBELII, & Petri Penæ Medicorum, Stirpium Aduersaria noua, &c. vide in PETRO PENA.

MATTHIAE MICHOVII Conseruatio sanitatis. Cracouiæ.

MATTHIAE NARVATII Sylua sententiarum ad Chirurgiam pertinentium, ex Hippocratis libris desumpta, & noua instrumentorum genera, quorum vsus in curandis capitis vulneribus necessarius 8. Antuerpiæ excudebat Theodorus Lindanus.

MATTHIAS THEODORVS MELANELIVS, Medicus Antuerpiensis, librum Græcum

ctum de melancholia ex Galeni, Rufi, & Aetij Sicanij voluminibus collectum, Latinum fecit, vnà cum Stephani Medici cognomento Magistri, exquisitissimo oculari collyrio nunc primum Latinè edito. Liber excusus Antuerpiæ 1540.

MAVRICIVS CORDAEVS Rhemus Hippocratis librum priorem de morbis mulierũ Commentariis illustrauit. Basileæ 4. apud Conradum Vvaldkirch cum aliis eiusdem materiæ scriptoribus 1586.

MAXIMVS PLANVDES, Monachus Constantinopolitanus, Aristotelis librum de plantis ex lingua Punica in Græcam retraxit. Eiusdem de Vrinarum cognitione, M. S. seruatur in Bibliotheca Regis Galliæ, & in Bibl. Imp. Viennæ, in 4.

MAYMO citatur in tabulis Elluchasem M.

MEDII Medici scripta citantur à Plinio lib. 20.21.25. & 27. Naturalis Historiæ.

MEGES Chirurgiæ professor non mediocris quibusdam in melius mutatis, aliquãtum ei disciplinæ adiecit Cælsus 7.1.

MEICHINGERI libellus de Thermis ferinis, & alter de Thermis Cellensibus.

MELCHIOR GVILANDINVS Borussus, vt in omni scientiarum genere, sic in simplicium medicamentorum cognitione versatissimus, Rei Herbariæ Professor Patauij, Mithridatiæ antidoti examẽ meditatus est, nescio an extet: itẽ Epistolas 4. de stirpibus edidit: non dubiũ

quin plura in Medicina reliquerit, quę fortaſſe posthuma aliquando prodibunt, obiit enim Patauij 1589. ſcripſit quędã de erroribus Matthioli in Dioſcorid. commentariorum.

MELETII Græci, totius Medicinę ſcriptoris, Lilius Greg Gyraldus in præfat. ſuper verſione ſua Simeonis Sethi, tanquam adhuc extantis mentionem fecit. MELETII Philoſophi commentarij in Aphoriſmos Hippocratis M. S. in Bibliotheca Regis Galliæ.

MELETII Philoſophi, de Natura structuráque hominis opus, Nicolao Petreio Corcyræo interprete, Venet. apud Gryphium 1552. in 4. cũ Polemonis, Hippocratis, Dioclis, Melampi, eiuſdem generis ſcriptis.

MENECRATIS Syracuſani Medici, qui Iouem ſe vocarit, &c. Suidas meminit: ſed nihil ab eo ſcriptũ nominat. MENECRATES librũ optimũ Pharmacorum ſcripſit, ex quibus plurima ipſe inuenit. Galenus.

MENETHEVS ἐν ταῖς ὀνομασίαις τῶν φαρμάκων, citatur à Galeno in gloſsis.

MENGHI BLANCHELLI Fauentini de Balneis tractatus tres. Item de balneo Villæ ad dominos Lucenſes conſilium, Iuntæ impreſſerunt Venetiis cum diuerſorum autorũ ſcriptis de balneis 1552. MENGHI FAVENTINI viri præclariſsimi, Admirabile & nouum opus, de morbis particularibus à capite vſque ad pedes, & de omni genere febrium, in folio excuſum Venetiis 1536.

MER-

MERCVRII TRISMEGISTI Iatromathematica, hoc eſt, medicationes accommodatæ ad Aſtrologicam rationem, libellus Græcus impreſſus Norimbergæ 1532. cum aliis quibuſdam Aſtrologicis opera Ioachimi Camerarij editis. MERCVRII HERMETIS TRISMEGISTI tabula ſmaragdina de Alchymia in 4. Bernæ 1545.

MESARVGIE citatur à Serapione. item MESEAH, vel MESBAHEN.

METRODORVS ſcripſit de plantis, ac herbarum effigies pinxit, atque effectus ſubſcripſit, Plinius. Arbitratur autem Geſnerus hunc eſſe Methrodorum Medicum, qui ab eodem citatur libro 20. & octo ſequentibus & 33 34 & 37 quem etiam Epitomen τῶν ῥιζοτομουμένων ſcripſiſſe libro 20. refert.

M. PSELLI magni Magiſtri Antiochiæ de facultatibus alimentorum. 4. M. S. in Bibliot. Imp. Viennæ.

MICHAEL VILLANOVANVS, ſcripſit vniuerſam rationem ſyruporum, ad Galeni cẽſuram diligenter expolitam, cum expoſitione Aphoriſmi Hippocratis, Concocta medicari, &c. Colinæus excudit Lutetiæ 1537 & Vincentius Valgriſius Venetiis 1545 octern. 8.

MICRERIS cuiuſdam obſcuri authoris tractatus M.S. extat Alchymiſticus.

MICTION Smyrnæus, Medicus, citatur à Plinio 20. & 7. item 28.

MIRTIGANVS ad Horſoicum, Chymicus

scriptor citatur ab Hortulano.

MITHRIDATES Rex Ponti Medicinæ peculiariter curiosus, ab hominibus subiectis, qui fuêre pars magna terrarum, singula exquirens, Scrinium commentationum harum, & exemplaria effectusque in arcanis suis reliquit, Pompeius autem omni regia prȩda potitus, tráſferre ea sermone nostro libertũ suum Lenæum Grammaticæ artis doctissimum iussit. Plinius. Refert etiam Plutarchus quædam ab eo scripta de venenis, & de somniorum interpretatione.

MNESIDES Medicus crebrô citatur apud Plinium, qui ex eo quædam in lib. 13. 20. 21. 23. & quatuor sequentes: item in 33. 34. & 36. transtulit.

MNESITHEI historiam de radicibus, caulibus, foliis, fructibus & seminibus citat Galenus in libris de alimentorum facultatibus, ac eam parum certam esse scribit. Athenȩus quoque citat MNESITHEI Atheniensis lib. de esculentis.

MNESTHEVS Medicus, qui de coronis scripserit, citatur à Plinio 21. & sex sequentibus libris.

MICHAELIS cuiusdam liber de febribus M. S. apud Dresserum. fortè Ioan. Michaelis Sauonarolæ.

MICHAELIS ANGELI BLONDI liber de partibus ictu sectis citissimè sanandis, & medicamento aquæ nuper inuento. Et alius de

origine

origire luis Venereæ, deq́ue ligni Indici ancipiti proprietate, Venetiis 8.1542 chartis 6. De diebus decretoriis & crisi eorumq́ue verissimis causis, in via Galeni contra Neotericos libellus. Item Abrahæ Auen Ezdræ de luminaribus & criticis diebus tractatus, ab eodem Blondo recognitus. Romæ 1544. in 4. chartis 4. de cognitione hominis per aspectum liber collectus ex Aristotele, Hippocrate, Galeno. Item liber de maculis corporis, Romæ eodem anno in 4. chartis 9. De Memoria libellus medicus, eodem anno Venet. excusus in 8. chartis 5. alicubi præter cætera memorat se scripsisse, de Affectibus infantium & puerorum, Compendium de medicamentis. Hippocratis epitomen.

MICHAEL de CAPELLA, scripsit synonyma Medica, citatur in Commentariis Monachorum in Mesuen.

MICHAEL COLVMBVS Anatomen corporis humani IOANNIS VALVERDAE ex Italica Latinam fecit, & tabulis aliquot illustrauit. Venetiis apud Iuntas folio 1589.

MICHAELIS GAVASSETII Nouellariensis, Patauini Professoris, Exercitatio Methodi Anatomicæ, Venetiis in 4. anno 1584. Eiusdem libri duo, alter de natura Canter.) & eius accidentibus, alter de præludiis Anatomicis seu totius Medicinæ fundamentis in 4. Venetiis anno 1584.

MICHAELIS PSELLI Peripatetici, Opus

Græcum ex libris medicinalibus ordine alphabeti, latet Romæ in Vaticana. De Victus ratione, deque facultatibus & succi qualitate alimentorum libri duo, Georgio Valla interprete: Cratander excudit Basileæ 1529. Claruit sub Constantino Duca Imperatore.

MORIENI cuiusdam liber alchymisticus extat, non impressus vt videtur. Citatur etiam ab Hortulano MORIENES in dialogo ad Regem Kalid Item MORION Chymista.

MOSCHION Græcus, scripsit volumen de raphano. Plinius. Item librum de Pessariis. Præterea de mulierum affectibus librum qui extat Venetiis, in Bibliotheca S. Ioannis. & in Bibl. Augustana. Eiusdem libros Gaspar Vvolphius edidit cum scholiis & annotationibus Gesneri 4. Basileæ 1586.

R. MOSI Aphorismi in Medicina.

MOISES quidam Chymiæ auctor ab Hortulano citatur.

MVGAIRIBE GRANATINE articuli de Alchymia per cantica descripti, & in eadem Commentarij Mammalucci cuiusdam Damasceni.

MVNDINVS citatur in tabulis Elluchasem Medici.

MVNDINVS Bononiensis citatur à Guidone de Cauliaco.

MVNDINI Anatome, de omnibus humani corporis interioribus membris, Venet. fol. 1507. Argentinæ 1513. Marpurgi apud Egenolphum

phum cum figuris, in 4. emendata & scholiis illustrata à Dryandro. Eiusdem Practica, & Tractatus de vrinis & pulsibus M. S. Dresserus in Catalogo librorum Manuscriptorum Misniæ, &c.

MVNDINI Florentini expositio in canones vniuersales Mesuæi, excusa Lugduni 1525. cũ aliis quibusdam.

MVSEIA citatur in Tacuinis Elluchasem Medici.

MYCTIONIS Smyrnæi Gynæcia cap. 1072. in Bibliotheca Florentina, forte Moschionis.

MYRERIS quidam Chymicus auctor, citatur ab Hortulano.

N

NICANDER Colophonius, vel Ætolus scripsit Theriaca, Alexipharmaca, Medicationum collectanea, metaphrasin prognosticorum Hippocratis, & alia versibus heroicis. Eius Theriaca cum interpretatione innominati authoris: & Alexipharmaca, cum diuersorũ authorum, quorum nomina expressa nõ sunt, commentariis, omnia excusa Venetiis Græcè apud Aldum cum Dioscoride Græco, & seorsim Coloniæ apud Ioannem Soterum 1530. Eadem excusa sunt Latinè per Euricium Cordum carmine reddita, & prosa p Ioan. Leonicenũ cum annotationibus. de vita authoris plura habes in initio operis. Nicandri poe-

mata omnium elegantissimè excusa sunt ab Henr. Stephano cum Homero & aliis poetis Græcis in folio. Nicandri opera Theriaca, Alexipharmaca Græcè & Latinè Ioan. Gorrhæo interprete, scholia Græca in eadem, & Gorrhæi scholia Latina in eadem, de ponderib. & mensuris Græcè. Item Gorrhæi Apologia de lepore marino ad Rondeletiũ. Paris. 4. apud Morelliũ. citantur alij Nicandri: Scholiastes Nicãdri Theodosianum nominat in remediis contra cerussam Interpretes Nicandri à Stephano in Corupe, nominantur Theon, Plutarchus, Demetrius Phalereus. Nicandri scripta citantur sæpe à Plinio.

NICOLI commentum in Aphorismos Hippocratis, excusum est in 8. in Italia.

NICEPHORI BLEMIDAE Canones de Vrinis extãt Bonon. in Bibliotheca S. Saluatoris.

NICERATVS multa de re medica scripsit, sed nihil tam probatur Cælio Aureliano, quã commentarium eius de Catalepsia. Mentionem eius facit Dioscorides. citatur etiam à Plinio lib. 13.

NICETAE collectio artis Chirurgicę ex antiquis Medicis, vt Hipp. Galeno, Oribasio, Heliod. Archigena, Antyllo, Asclepiade, Diocle, Amynta, Apollonio Citiano, Nymphodoro, Apelle, Rufo, Sorano, Paulo Ægineta, Palladio. Græcè M. S. habetur in Bibliotheca Regis Galliæ.

NICOLAI ALEXANDRINI Medici Græci, liber

liber de comp. medicam. particularium secundùm genera ordine literarũ, translatus è Græco in Latinum à Nicolao Rhegino, excusus est cum breuissimis Annotat. locorũ difficilium IOANNIS AGRICOLAE AMMONII. Ingolstadij 1541. deinde Venet. apud And. Arriuabenũ. NICOLAI ALEXANDRINI MYREPSI medicinales lib. 24. Græci extant in Italia: nimirũ idem opus cum prædicto, quod itidem in 24. literas Alphabeti diuiditur, à Leõhardo Fuchsio Latinitate donatum & illustratum Annotationibus ab eodem, Basileæ excudit Ioan. Oporinus 1549. idem opus H. Stephanus cum aliis Medicorũ libris excudit folio 1567.

NICOLAI BIESII, Gandauẽsis, Theoricæ Medicinæ libri 6. quib. omnia huius artis præcepta explicãtur. De methodo Medicinæ lib. 1. Commentarij in artẽ medicam Galeni. de Naturali Philosophia lib. 3.

NICOLAI DORTOMANNI Monspessuli Medici professoris lib. II. de Causis & effectibus Thermarum Belilucanarum paruo interuallo Monspeliensi vrbe distãtium. 8 Lugduni. floret in Gallia.

NICOLAVS Medicus, Florentinus, scripsit summam medicinæ lib. I. Eius sermones medicinales octo, impressi apud Bernardinum de Tridino 1491. Claruit 1412.

NICOLAVS FERNEHAM rei herbariæ studiosus, scripsit Practicas medicinæ lib. I. de viribus Herbarum lib. I. Claruit 1241.

NICOLAVS HAVPASIVS, Atrebátensis Medicus, Aphorismos Hippocratis è Græco in Latinum transtulit, & luculentiss. annotationibus illustrauit.

N. HONORII Noua praxis & medendi methodus Antuerpiæ primùm excusa apud Plantinum. 4. 1587.

NICOLAVS HOSTRESHAM, Anglus, Medicus insignis, scripsit Viaticorum necessariorum lib. 1. Antidotariorum lib. 1 Contra dolorem renum lib. 1. de febribus lib. 1. Practicas Medicinę lib 1. Modum conficiendi & dispensandi lib. 1. Claruisse conijcitur circa annum 1440.

NICOLAI HOVEI Pharmaceutices lib. 2. Prior continet omnia Mesuæ theoremata in tabulas redacta: posterior est Ioannis Tagaultij de simplicibus medicamentis purgantibus, annotationibus illustratus per Houeum. Parisiis 1571. in 8.

NICOLAVS de HOVSSEMAINE, Medicus, scripsit modum curandi pestem.

NICOLAVS LEONICENVS Vicentinus, vir doctissimus, in Galeni opera commentarios edidit: item opusculum, in quo omnibus ægris salutem & vitam restitui conciliarique posse docuit. Extant & eiusdem multæ Epistolæ. Eiusdem de Plinij aliorumque Medicorum erroribus lib. 4. Basileæ. 4. apud Henric Petri 1529. chartis 52. adiectis eodem opere tractatibus de Herbis & fruticibus, Animalibus,

malibus, Metallis, Serpentibus, Tiro seu Vipera. Eadem rursus Basileæ apud Cratandrũ excusa sunt 1532. cum aliquot aliis opusculis, nempe de tribus doctrinis, ordinatis secundùm Galeni sentẽtiam lib. 1 de formatiua virtute lib 1. de dipsade & pluribus aliis serpentibus lib. 1. de lue Venerea lib, 1 qui eius naturam & causas ac symptomata proponit. Contra suarum translationum obtrectatores Apologia. liber de lue Venerea etiam extat Lugduni apud Antonium Blanchardũ 1529. Ex Galeni libris latinos fecit, Artem Medicinalem: Artem curatiuam ad Glauconem: de diff. febrium lib. 2. de Crisibus lib. 3. de motu musculorum lib. 2. & Aphorismos Hippocratis cum Commentariis Galeni, quos à Iulio Martiano Rota, & Augustino Gadaldino diligenter recognitos, plurium antiquorum exẽplarium collatione Iuntæ impresserunt Venetiis cum reliquis Galeni operibus. Claruit anno 1491.

NICOLAVS LEONICVS Thomæus, Italus transtulit Galeni documentum de puero, Epileptico, Venetiis à Iuntis excusum cum reliquis operibus Galenicis. Idem scripsit de lue Venerea librum excusum in Italia. Claruit Patauij 1524.

NICOLAVS MACHELLVS, Medicus Mutinensis, vertit Galeni commentarium in Hippocratem. Principium Commentarij primi in Hippocratem de morbis vulgaribus, quod

nunquã anteà vel Græcè vel Latinè euulgatũ est. De Compositione medicament. localium libros 10. à Cornario translatos, denuò ad veterum Græcorum codicum fidem diligentèr castigauit. Quæ omnia excusa sunt Venetiis à Iuntis cum Galeni operibus.

NICOLAVS MAGNVS Medicus, scripsit de medicis pulueribus libellum Lutetię excusum à Michaele Vascosano 1545.

• NICOLAVS MONARDIS Hispalensis Medicus scripsit de simplicibus medicamentis ex Occidentali India allatis, quorum in Medicina vsus est, lingua Lusitanica, quæ G. Clusius Latina fecit & edidit Antuerpiæ. 8. apud Plantinum 1574. chartis 7. idem scripsit de secanda vena in pleuritide.

• NICOLAI MASSAE Medici Veneti, liber de febre pestilentiali, petechiis & morbillis, &c. excusus Venet. 1540. apud Frãcisc. Bindo, & Maphęũ Pasinũ. Eiusdem de lue Venerea lib. 6. per capita diuisi, impressi Basileæ apud Bebelium 1536. cum aliquot aliorũ eiusdem argumenti libris. Eiusdem Epistolæ Medicinales & Philosophicæ, ad quàm plurimos morbos curandos vtiles, & ad cognitionem rerum quarundem Anatomicarum, Dialecticarum ac Philosophicarum, excusæ Venet. in 4. apud Francis. Bindonum chartis 44. & dimidia. Eiusdem Examen de venæ sectione & sanguinis missione in febrib⁹, ex humorũ putredine ortis, ac in aliis præter naturam affectibus. Venetiis 1568.

N. Mo-

N. MONETARII Physici Regimẽ pestilẽtię.

NICOLAVS MVTONVS Medicus collegit LVMINARE MAIVS, in quo multa clarissimorum medicorũ pharmaca comprehenduntur. Venetiis apud Iuntas 1549.

NICOLAVS MYREPSVS, vide NICOLAVS ALEXANDER.

NICOLAVS PERROTVS Saxoferratensis, & Sipontinus Episcopus, transtulit Hippocr. Iusiurandum, impressum cum Anatome Alexandri Benedicti. Claruit 1470.

NICOLAVS PETREIVS Corcyręus, vertit Hippocr. de hominis structura libellum. Dioclis de sanitate tuenda ad Antigonum regem epistolam. Venetiis 1542. in 4.

NICOLAI PISONIS Med. Lotharingi, de cognoscẽdis & curãdis præcipuè internis humani corporis morbis lib. 3. ex Classicorũ Medicorũ tum veterũ tum recentiorũ monumẽtis collecti. accessit eiusdẽ lib. de Febrib. Francofurti folio, & 8. per Hæredes Vvecheli 1585. chartis 70. Obiit non ita pridem Nasij in Lotharingia (1590.)

NICOLAVS POLL, scripsit libellum de cura luis Venereæ per lignum Guaiacum, impressum Basileæ 1536. cum multis aliis eiusdẽ argumenti opusculis.

N. PRAEPOSITI Doctoris Medici, Dispensatoriũ ad aromatarios, siue introductiones in artẽ Apothecariat⁹. Lug 1536. apud Cl. Tupin.

NICOLAVS de REGIO vertit libellum

de viribus Centaurij minoris herbæ. Gentilis. Habemus etiam Galeni libros de vsu partium corporis humani, ex huius authoris versione impressos: & Nicolai Alexandri opus de medicamentis compositis, & alia quædam ab eo versa extant. Opera aliquot Galeni à Nicolao Rhegio Calaoro translata excusa sunt Venetiis à Iuntis cum operib. Galeni, sunt aut hęc: De consuetudine, de partibus artis medicæ: de causis procatarcticis, de anatomia oculorũ. An omnes particulæ animalis quod in vtero est fiant simul. De virtute Centaureæ. de catharcticis. de Gynæceis, hoc est, de passionibus mulierum. de Medicinis expertis.

NICOLAI RHODII Philosophi & Medici Scyllacei, Redargutiones in FERDINANDVM CASSANVM, pro ALTIMARO & IOANNE ANDREA NOLA Crotoniata, quibus non tantùm vera Altimari positio de Tertiana exquisita, & de Sedimento celebratur: sed quàplurimi, quos Ferdinandus Cassanus committit errores, manifestantur. Venetiis. 4. apud Franciscũ Pampazetum 1567. chartis 15. cum dimidia.

NICOLAI ROCHAEI Galli de morbis mulierum curandis liber. Basileæ. 4. cum aliis eiusdem argumenti apud Conradum Vvaldkirchium 1586 in præfatione huius libri alios medicinales libros promittit.

NICOLAI RORARII Medici Vtinensis, Contradictiones, Dubia, & Paradoxa in libros Hippocra-

Hippocratis, Celsi, Galeni, Aëtij, Æginetæ, Auicennæ cum eorundem conciliationibus. Venetiis 1566. in octauo.

NICOLAVS TAVRELLVS Mõtbelgardēsis, in Altorphiana schola Medicinæ hoc tempore professor celebris, edidit Medicinæ prædictionis Methodum, hoc est, rectam breuemque rationem coram ægris præterita, præsentia, futuraq; prædicendi, morbos scil. morborumq; causas, morté, sanitaté, recidiuam aliaq; symptomata. 4. Francofurti sumptibus Bern. Iobini 1581. chartis 86 Idem Arnoldi Villanouani Operibus Basil. folio in officina P. Pernę excusis, annotationes elegantes addidit 1585.

NICOLAI VVINCKLERI Forchemij, Medici, Chronica Herbarũ, florum, seminũ, fructuum, radicum, succorum, animalium, atque eorundem partium, quo nimirũ tempore singula eorundem colligenda, atq; in vsum adferenda sint medicum, Augustæ 1570. 4.

NICOMACHVS Medicus Stagirita Machaonis F. Æsculapij Nepos: à quo genus duxit Nicomachus pater Aristotelis Philosophi, ipse etiam Medicus: scripsit de Medicina libros 6. & rerum naturalium vnum.

NICOSTRATI Medici Antidota citantur à Galeno lib. 2. de antidotis.

NIGER BOLOGNINVS de curis vlcerum (ita legit in quodam catalogo Gesnerus) ANGELI BOLOGNINI de cura vlcerum suprà meminimus.

NOBILIS SOCIVS Salodiensis Medicus, scripsit de temporibus & modis rectè purgandi tractatum, in quatuor sectiones diuisum: excusum Lugduni apud Bartholomæum Honoratum 1555.

NONI de omnium particularium morborum curatione liber, per Hieremiam Martium Augustanum. Argentorati in octauo, 1568.

NONI Medici opus Græcum extat in bibliotheca Augustana.

NVMENII librum, Theriacum citant scholia Nicandri.

NVMIVS Medicus citatur ab Aetio lib. 15. cap. 20. fortè NONVS.



O

OBEDE, autor, vt videtur, Chymicus, citatur ab Hortulano philosopho.

OBSENIDIS Medici scriptis vsus est Plinius 12. libro Naturalis Historiæ.

OCTAVII HORATIANI de curationibus omnium ferè morborũ, de acutis & chronicis passionibus: de mulierũ accidẽtibus, eorumq́; curis. de physica scientia. Experimentorum libri 4. Ioan. Schottus excudit Argẽtorati 1544.

ODDI de ODDIS Patauini Physici, Expositio in primam Aphorismorũ Hipp. sectioné, à Marco ipsius Oddi filio in lucem edita Patauij 1564. in 8. Eiusdem libri 9. de pestis & pestiferorum omnium affectuum causis, signis, præcau-

præcautione & curatione. Apologia pro Galeno tum in Logica, tum in Philosophia, tum in Medicina. de Cœnæ portione, &c. Venetiis 4. 1570. & Lugduni 1538 apud Germanum Rose, cum libello prisci cuiusdam Medici anonymi de morbis puerorum, &c. Eiusdem Expositio in Artem paruam Galeni, edita laboribus Marci Oddi eius filij 4. Venetiis 1579.

OLVMNII Medici Alexandrini de vocibus Medicis. Eiusdem de Criticis diebus Græcè M.S. in Gallia.

OLYMPIADIS Medici scripta citantur à Plinio lib. 20 & tribus deinceps libris.

OMNIBONI FERRARII de Arte medica infantiū libri 4. quorum duo priores de tuendā eorum sanitate; posteriores de curandis morbis agunt. 4. Brixiæ.

ONASIM citatur à IOAN. F. SERAPIONIS.

OPHILIVS Medicus allegatur à Plinio lib. 28.

OPHION Medicus citatur à Plinio 20. libro & 7. sequentibus.

ORIBASIVS Sardus vel Sardianus Medicus, Iuliani Cæsaris Archiater, plurimos in re medica libros Græcè scripsit, quos ex veteribus, ferè Galeno & aliis, collegit. Fragmenta aliquot ex eius libris apud Aetium Medicum leguntur: vnus ex libris ad Eustathium, & Eunapium, de simplicium Medicinarum facultate: cathartica quædam & curationē eorū

qui plus æquo purgantur, & ad Ephelides. Diegus Hurtadus Venetiis habuit Oribasij libros 14. Eiusdem de simplicium pharmacorũ viribus lib. 4. excusi Argentinæ 1544. apud Schottum cum Trotula. Fragmentum de victus ratione, excusum Basileæ apud Cratandrum 1528 cum aliis quibusdam. Item Euporiston, hoc est, paratu facilium libri tres: & medicaminum compositorum & trochiscorum, confectio. Medicinæ compendij lib. 1. Curationum à capite ad pedes lib. 1. Henricus Petri excudit Basileæ Latinè, interprete anonymo 1529. cum Cælio Aureliano. Commentarij in Aphorismos Hippocratis, impressi Parisiis apud Colinæum, & Basileæ apud Cratandrum 1539. per Ioannem Guinterium Andernacum castigati (Gesnerus miratur alicubi quòd Andernacus nō animaduerterit, hos cōmentarios non esse Oribasij.) de Oribasio ita Suidas: Orib. Sardianus familiaris Iuliano apostatæ, & quæstor ab eo Constantinopoli creatus, scripsit ad illos quib. non est copia Medicorũ lib. 4. Ad Iulian. Regem lib. 72. Epitomes eorundē lib. 9. ad Eustathiũ filium. Videntur aũt hi quatuor libri quos Basileæ cum Cælio Aureliano impressos dixi, iidem esse quos Suidas ait scriptos esse ad illos quib. copia Medicorũ non datur, ait Gesn. Oribasij scripta de aquis & balneis quæcumq; in eius libris continentur, ab Aug. Gadaldino in Latiná linguá translata Iuntæ impresserunt in opere de Balneis

nels 1553. Eiusdem lib. de laqueis ex Heracle à Vido Vidio in linguá Latinam translat⁹, excusus Venet. cum Galeno: & Tiguri fol. in opere Chirurg 1555 Eiusdem de machinamétis ex Heliodoro, Vido Vidio interprete. De aquę bonitatę, ex quinto Collectionũ Medicinaliũ Oribasij exc. sunt Venet. cum operib. Galeni: Eius Collectorũ Medicinal. lib. 17 vertit Rosari⁹, q ex magno 70 librorum volumine ad nostram ætaté soli peruenerunt, Paris. in 8. 1555. Eiusdé Synopseos ad Eustat. F. lib. 9. quib. tota Medicina in cõpendiũ redacta cótinetur, idé interpretat⁹ est, Paris. 1554. Ité Collectan. artis medicæ lib. quo corporis humani anatome cótinetur. ibid. Græcè in 8. Oribasij opera ab H. Stephano cum alijs Med. scriptis exc. 1567.

ORPHEVS cognométo Theologus, scripsit de compos. venenis. Galen. lib 2. de antidotis. ORPH. primus omniũ quos memoria nouit, de herbis curiosi⁹ aliqua prodidit. Plin. 25. c. 2.

ORVS Mendesius de cópositis venenis citatur à Galeno lib. 2. de Antidotis.

• OTHO BRVNFELSIVS Moguntinus Germanus, præter multa q̃ in Theologia, scripsit hæc in Medicina: Catalogũ illustriũ Medicorum, siue de primis Medicinę scriptorib. librũ, breuiter eorũ scripta cõmemorantem, ex Gal. Plinij, Scriptorũ de re Rustica libris, &c. collectum. Argent. 1530. apud Ioan. Schottũ. Theses seu locos cõmunes totius Medicinæ: item de vsu pharmacorũ, deq; artificio suppressam

pluum ciendi, Georgius Vlricher exc. Argentorati 1532. Adiecta est tabula, quæ continet medicamenta composita purgantia & præparantia ad purgationẽ cum dosi singulorũ assignata. Iatrion medicamentorũ simplicium, continens remedia omnium morborũ qui tam hominibus q̃ pecudib. accidere possunt, in lib. 4. digestum ibid. 1533. Onomasticon Medicinæ continens omnia nomina stirpiũ, medicamentorum simpliciũ, aliarumq; rerum omniũ ferè ad Medicinam pertinentiũ, ac Philosophiam naturalem, historias Medicorũ, &c. secundùm ordinẽ litterarũ, ex omni authorũ genere cõsarcinatum: præpositis à principio tabulis nominũ Anatomes, & ægritudinũ totius corporis humani Græcè & Latinè: item Saladini iudicio de ponderibus Medicinalibus. opus impressum Argent. 1534. idem 1542. rursus ibidẽ exc. & ab amicis Brunfelsij recognitũ & auctũ. Herbarũ viuæ icones ad naturæ imitationem effigiatę vnà cum effectib. eorundẽ & nominibus Latinis, Græcis ac Germanicis, editæ 1532. cum appendice Isagogica de vsu & administratione simpliciũ, & aliquot tabulis varij argumẽti in re med. Ioan. Schottus excudit Argent. Tabulę verò seorsim exc. sunt Paris. 1540. apud Ægid. Corrozet, sub tit. Epitome Medicinæ. Tomus secũdus Herbarij excus. posteà apud Schottum cum aliis. Tertius vide an editus? Exiuerunt & Germanicè scripti Herbarij libri ab hoc authore cum figuris. Marcelli Virgilij

commentarios in Dioscoridem, vbi videbantur superflui & tanquã luxuriati, resecuit, ita vt nihil esset parergon. Argentinæ impr. sunt vnàcum textu Græco & Latino Dioscoridis. Idem scripsit libellum de reformatione Apothecarum. Serapionis, Rasis, Auerrois aliquot libros recognouit. Claruit Bernæ Heluetiorum 1534. quo etiam obiit.

OTHONIS CREMONENSIS Rhythmi de electione meliorũ simplicium ac specierũ Medicinalium, impressi sunt Francofurti 1553. cũ libello scholæ Salernitanæ: & eodem anno Parisiis apud Carolum Perier.

P

PALLADII cuiusdam expositio Græca in librum Hippocratis de morbis acutis, Venetiis extitit apud Hurtadũ. PALLADII SOPHISTAE in 6. Epidemiorum, in Bibliotheca Sambuci.

PAMPHILVS quidam de stirpibus volumẽ edidit ordine alphabetico, in quo sæpè fabulas quasdam aniles recenset, & superstitiosa quædam describit, & incantationes quibus in eruendis herbis quidam vtuntur: quin & amuleta quædam & alia vana, non curiosa solùm & extra rem medicam, sed & falsa omnia. Solet autẽ vnicuique herbæ primùm varia nomina adiicere, vt Ægyptia, Babylonia, & quę quidam peculiariter, aut symbolicè imposuerunt, &c. Galenus.

PAMPHILI MONTII, Bononiensis, Patauij publici professoris, Methodus medendi, in iis quæ ad Galeni doctrinam spectant, opus vtile iis qui Medicinæ praxin exercent: additis quibusdam ad hanc materiam maximè necessariis: Eiusdem auctoris lib. 4. primus, de subiecto Medicinæ: 2. de tribus Doctrinis ordinariis. 3. de temp. æquali ad pondus. 4. de Hominis temperatura ex Galeni intentione. Hieron. Scotus excudit Venetiis 1545. in 8. chartis 32. Eiusdem commẽtarij in Gal. libros de febrium differentiis, Bononiæ 1567. Item annotat. in Achillini opera in vnũ collecta. Venetiis apud Hieron. Scotum in folio.

Ex PANCHARIO quędam Græcè in medicina extant alicubi in Italia.

PANDVLPHI COLLENVTII Pisaurensis I.C Defensio contra LEONICENVM Pliniomastigem, impressa cum secundo tomo Herbarij Brunfelsij, præcipuè super medicamentis simplicibus.

PARTHENII cuiusdam dialogus de Humani corporis sectione, impressus Argent. apud Ren. Sybold, cũ quibusdã Georg. Vallę opusc.

PAVLVS ÆGINETA medicus, scripsit diuersos libros medicinales. Suidas. à Ioan. filio Serapionis allegatur simpliciter PAVLI nomine, & similiter ab aliis medicis. Eius lib. 7. Græci collatione vetustorũ exemplariũ restituti, & quibusdã in locis aucti per Hieron. Gemusæũ, impressi sunt Basil. apud Oporinũ 1551.

Eosdem

Eosdem etiam vertit Ioannes Guinterius Andernacus, & adiectis Commentariis illustrauit, excusos Lugduni 1551. & Ianus Cornarius postremò, vnà cum septem Dolabellarum in eundem libris nondum excusis. Æginetæ libros Hēricus Stephanus cum aliis præcipuorum Medicorum libris excudit folio 1567.

PAVLI Medici de fracturis liber, Græcè alicubi extat. non est autem alius quàm Æginetæ qui inter opera eius habetur, Gesnerus.

PAVLVS ALPAGVS promisit se editurum, quę Andreas Alpagus ex Auicenna transtulit, & alia nonnulla.

PAVLI BAGELLARDI à FLVMINE liber de ęgritudinibus infantium, impressus Venet. Extat etiam sub voce Anonymi. vide PETRVS TOLETVS.

PAVLVS HESSVS, scripsit defensionē XX. problematum Melchioris Guilandini, aduersus quæ C. problemata Matthiolus scripsit.

PAVLI MAIOLI Commentarij in Hippocratem feruntur Venetiis esse excusi.

PAVLVS SVARDVS Aromatarius scripsit Thesaurū Aromatariorū, siue Antidotarium, ordine Alphabeti: liber impressus est Lugduni 1528. apud Antonium Blāchardum, cum Ioan. Iacobi Manlij lumine Apothecariorum, &c.

PAVLI TVCCAE Parthenopœi, de Obseruantia curationis febrium iuxta pręceptorum eius decreta, libellus impressus in Italia 1532.

PAVLVS ZANGMAISTERVS, Pharmacopœam Laurentij Iouberti primus edidit, & notis marginalibus pasim illustrauit.

PEDACII DIOSCORIDIS lib. 5. de Medica materia, & vnus de lethalib. venenis, eorumq; precautione & curatione: de cane rabido, deq; notis quæ morsus ictúsve animaliũ venenum relinquentiũ sequũtur, & eorũ curatione: Aldus excudit Grecè Venet. cum Nicandro, &c. & Ioan. Bebelius Basileæ 1519. & Soter Coloniæ cum versione Latina Marcelli, ac eiusdem Commentariis, & Hermolai Barbari corollario & Schottus Argẽtinæ similiter, sed superfluis resectis Cõmentariorũ Marcelli, per Othonem Brunfelsiũ. Latinæ versiones seorsim diuersis interpr. Venetiis, Lutetiæ, Basileæ, & Lugduni exiuerũt. Pedacij Dioscoridis de Curatione à capite ad pedes libri 2. Græci extant in Bibl. Augustana. Dioscoridis libri de re Medica Parisiis Græcè & Latinè excusi ex castigatione Iacobi Goupyli in 8. Lugduni item in 8. Cum Commentariis Andreę Matthioli passim extat. Eiusdẽ εὐπόριστα libri duo de medicamentis simplicibus paratu facilibus, secũdùm morbos, & affectus corporis digesti, extant M.S. Græcè in Bibliotheca Augustana, quos Ioannes Moibanus Medicus transtulit, & opus propter ipsius immaturam mortem nondum absolutum Gesnerus perfecit: Additæ sunt annotationes & Græcus contextus: Argentinæ impresit Rihelius 1565. in 8. Dioscoridis

ridis & Stephani Atheniensis medicorum alphabetum Empiricum Græcè M.S aliud à paratu facilibus Dioscoridis, extat apud Cl. Gasparum Vvolphium Medicum Tigurinum. inuenitur etiam citari alicubi, Dioscoridis Epidemiorũ liber secundus. in Bibliotheca Mendozæ fertur fuisse Dioscoridis Codex Græcus à vulgato hodierno innumeris locis varians, Ianus Lascaris & eum sequutus Ruellius pro PEDACIVS DIOSCORIDES legunt, PEDANIVS DIOSCORIDES, ex vetustissimo exemplari: Galenus in opere de facultate simplicium medicamentorum, nominat eum ANAZARBIVM DIOSCORIDEM: & Suidas, Dioscoridem ANAZARBEVM Medicum cognomento PHACAM, id est Lentinum. quòd lentigine os dehonestaretur. Versionem Ruellij reliquis antepofuit C. Gesnerus.

PETRONIVS Medicæ materiæ scriptor. Meminit eius Dioscorides in præfatione sua.

PETRI ALBI liber de febri Tertiana & non vera. M Dresserus in Catalogo librorum Misniæ.

PETRI ANDREAE MATTHEOLI Senensis, Medici celeberrimi, de luis Venereæ curãdi ratione lib. 1. per Dialogum inter se & Franciscum Aligerum ab ipso conscriptus: Bebelius excudit Basileæ 1536. cum diuersis aliorum eiusdem argumenti libellis, & Venet. 1535 Eiusdem Commentarij longè doctissimi in libros 6. Dioscoridis de materia Medica, qui sæpiùs

Italicè editi, postremò ab ipso authore in Latinam linguam translati sunt. Venetiis excudit Vincentius Valgrisius 1554. in folio. Adiectæ sunt innumeræ plantarum & animalium imagines ad viuum expressæ. Eiusdem Apologia qua se ab erroribus & calumniis vindicat, quibus notatur ab Amato Lusitano Medico in suis Enarrationibus, quas ille in Dioscoridem edidit: Item obiectiones quibus errata Amati patefacit: idem Vincentius excudit. Eiusdem Epistolarum medicinalium libri quinque impressi Lugduni in 8. 1564. de simplicium medicamentorum facultatibus secundùm locos & genera, opusculum impressum Venetiis à Valgrisio 1569. Compendium de plantis omnibus vnà cum earũ iconibus, de quibus scripsit in suis Commentariis in Dioscoridem editis, Venetiis 1571. in 4. Disputatio aduersus 20. problemata Melchioris Guilandini. Commentaria in Dioscoridem postremò excusa sunt Venetiis apud Felicem Valgrisium 1583.

PETRVS ANGELVS AGATHVS, Materas, librum Fallopij de lue Venerea edidit, & scholiis marginalibus illustrauit, ac quasdam exercitationes passim inseruit, certis notis à reliquo orationis contextu secretas. Venetiis 1565.

PETRVS de APONO, Patauinus, Philosophus & Medicus, scripsit opus insigne de omnimoda medicina, ad Ioãnem Papam 22. lib. 1. in librum Ioannis Mesuæ lib. 1. in problemata Aristot.

Aristot.lib.1. Galenuum de cholera nigra, & de regimine sanitatis, cum aliis multis transtulit. Sunt qui CONCILIATOREM appellent, ob librum ab eo scriptum, in quo veterum præcepta Medicorum simul connectit atque conciliat. de Venenis eorumque remediis liber impressus Marpurgi apud Ceruicornum 1537. & Venetiis apud Gryphium 1550. Tractatus aliquot Abrahæ Auenzare Latinos fecit. Conciliator differentiarum 209. Philosophorum & præcipuè Medicorum, liber impressus Venetiis 1483. apud Ioannem Herbort Alemannum. de ægritudinibus corporis humani additio ad Grabadin, siue medicinas particulares, hoc est, secundùm locos Ioannis filij Mesuæ, cum operibus Mesuę imprimi solitæ. Claruit 1320.

• PETRI de ARGELATA Bononiensis de Chirurgia libri 6 impresi Venet. 1497. apud Octauianum Scotum.

PETRI BARABI Medici de generatione hominis.

• PETRI de BAYRO Taurinẽsis opusculum de pestilentia, eiusque curatione, per præseruatiuum regimen & curatiuum. Taurini 1507. Eiusdem de medendis humani corporis malis Enchiridion, seu Practica, quod vulgò VENI MECVM vocant: editũ est Basileæ à Theodoro Zuingero apud Petrum Pernam in 8. addito libro de peste.

• PETRVS BELLONIVS Cenomanus, Vir,

vt aliàs, sic peregrinationib. lóginquis magno variarum rerum vsu & doctrina celebris, Botanologiam scriptis suis maximè illustrauit: scripsit enim de arboribus coniferis, resiniferis, aliis quoq; sempiterna fronde virentibus, cum earundem iconibus ad viuum expresis. item de melle Cedrino, Cedria, Agarico, resinis & iis quæ ex coniferis proficiscuntur. Parisiis in 4. chartis 10. in ipsius Obseruationibus rerum singularium multa habentur præclara ad Medicinam spectantia. Eius libellum de neglecta stirpium Cultura nuper è Gallico Latinè redditũ Carolus Clusius edidit anno 1589. apud Plantinum Antuerpiæ 8. chartis 5. Occisus fuit ab inimico quodam non longè à Lutetia 1564.

PETRVS BLONDFILVS Calexius edidit ecphrasin Hippocratis prognosticorũ, ex mente Galeni, 4. Lutetię 1575. apud Martinum Patissonum chartis 10.

PETRI BRISSOTI liber siue apologia, de incisione venæ in Pleuritide morbo, impressa Parisiis apud Colinæum.

PETRI BVRCHARDI parua Hippocratis Tabula.

PETRI CARRARII Quæstio de Venenis ad terminum.

PETRI CORTONAE libellus; cur Galenus scripserit lib. de sanitate tuenda.

PETRVS COVDEBERGIVS Pharmacopœus Antuerpiensis, Valerij Cordi Dispensatorium

torium correxit, & ab erroribus non paucis vindicauit, Antuerpiæ apud Christoph. Plantinum 16. 1568. & alibi.

PETRVS CRESCENTIVS, Senator Bononiæ, scripsit de Agricultura, multisque plantarum & animalium generibus lib. 12. Henricus Petri excudit Basileæ 1538.

PETRI CRISPI in Aphorismorum Hipp. lib. Commentaria 4 Romæ 1575.

PETRI CVSSVMANI regimen pestilẽtiæ.

PETRI DOLETI, de morbis puerorum: Articularis morbi defensio.

PETRI DROETI Medici è schola Parisiensi, Consilium nouum de pestilentia, Parisiis 1573. in 8

PETRI FORESTI Belgæ Medici, Obseruationum & Curationum de Febribus ephemeris & continuis lib. 2. 8. Antuerpiæ apud Plantinum 1585. Eiusdem Obseruationum & Curationũ Medicinalium libri 3. nempe tertius de Febribus intermittentibus, quartus de hecticis, ac quintus de Febribus compositis: in quibus earundem causæ, signa, prognoses, curationesque graphicè depinguntur, in 8. Lugduni Batauorum 1586. Eiusdem Obseruationes & Curationes de Febribus publicè grassantibus: cum morbis epidemiis, deque febribus malignis, contagiosis, pestilentibus ac peste liber 6. Item Obseruationes & Curationes de symptomatibus Febrium ibid. 1588. Eiusdem de incerto fallaci Vrinarum iudicio,

quo Vromantes ad perniciem multorum ægrotantium vtuntur libri 3. 8. Plantinus 1583. Floret hoc tempore 1590. in Belgio, ætate prouectus.

PETRI FRANCISCI PAVLI, Medici Florentini tractatus de venæ sectione aduersus Auicennam: Lugduni apud Gryphium anno 1534. cum aliis nouæ Academiæ Florentinæ opusculis.

PETRI GORRAEI Bituricensis Formulæ Remediorum, quibus vulgò Medici vtuntur. Pataurj, & apud Ioan. Mareschallum cum aliis scriptoribus de eadem materia. 8. anno 1584. & 12. Herbornæ apud Christophorum Coruinum cum Marescoti Compendio 1588.

PETRI HASSARDI Commentarij in Eobani Hessi bonæ valetudinis tuendæ præcepta. Francofurt. Egenolphi heredes excud. anno 1568. in 8.

PETRVS HISPANVS Portugalensis, Episcopus Tusculanus scripsit Thesaurum Pauperum lib. 1. Francofurti 8 apud Egenolphum 1578. ex Castigatione Guilielmi Adolphi Scribonij: chartę sunt 15. de problematib. lib. 2. Canones Medicinæ lib. 1. Claruit 1275.

PETRI IACOBI BANELLI, de pestilentiæ statu, liber impressus (vt videtur) in Italia.

PETRI de LARGALATA Chirurgia in fol.

PETRI MARTYRIS TRONI Nouariensis de Vlceribus & vulneribus capitis 4. Ticini anno 1584.

PETRI

PETRI MATTHAEI PINI annotationes in Anatomica Bartholomæi Eustachij.

PETRI MEMMII Herendalij, Medici, de recto vsu Medicinæ, liber.

PETRVS PADVANVS Dioscoridem alphabetico ordine in capitula 717. digessit, additis annotatiunculis breuibus, & tractatu exiguo de Aquarum naturis: sunt autem aquæ nō distillatæ, sed ex diuersis simplicibus compositæ ad morbos quosdam. liber impressus Lugduni 1512. in 4.

PETRI PAVLI PARAVICINI Nouocomēsis Medici, de Masinensium & Burmiensium Thermarum situ, natura, miraculisque liber, impressus à Iuntis 1553. in opere de Balneis Idē in Epistola de balneis Burmiensibus & Masinensibus mentionem facit Promptuarij à se conscripti, è quo peti iubet vsum balneorum pro morbi qualitate & ægrotantis temperatura, & Naturæ viribus, in singulis eorum morborum historiis qui thermarum auxilio egēt.

PETRVS PAVLVS VILLANVS citatur à Monachis qui scripserunt in Mesuem.

PETRI PENAE & MATTHIAE LOBELII Medicorum, Stirpium Aduersaria: perfacilis vestigatio, luculentaq́; accessio ad priscorum præsertim Dioscoridis, & recentiorum materiam Medicam. Coniectaneorum de plantis appendix. eiusdem Lobelij Obseruationes de plantis. De succis medicatis & metallicis sectio; antiquæ & nouæ Medicinæ Thesaurus,

quo Vromantes ad perniciem multorum ægrotantium vtuntur libri 3. 8. Plantinus 1583. Floret hoc tempore 1590. in Belgio, ætate prouectus.

PETRI FRANCISCI PAVLI, Medici Florentini tractatus de venæ sectione aduersus Auicennam: Lugduni apud Gryphium anno 1534. cum aliis nouæ Academiæ Florentinæ opusculis.

PETRI GORRAEI Bituricensis Formulæ Remediorum, quibus vulgò Medici vtuntur. Patauij, & apud Ioan. Mareschallum cum aliis scriptoribus de eadem materia. 8. anno 1584. & 12. Herbornæ apud Christophorum Coruinum cum Marescoti Compendio 1588.

PETRI HASSARDI Commentarij in Eobani Hessi bonæ valetudinis tuendæ præcepta. Francofurt. Egenolphi heredes excud. anno 1568. in 8.

PETRVS HISPANVS Portugalensis, Episcopus Tusculanus scripsit Thesaurum Pauperum lib. 1. Francofurti 8 apud Egenolphum 1578. ex Castigatione Guilielmi Adolphi Scribonij: chartę sunt 15. de problematib. lib. 1. Cautiones Medicinæ lib. 1. Claruit 1275.

PETRI IACOBI BANELLI, de pestilentiæ statu, liber impressus (vt videtur) in Italia.

PETRI de LARGALATA Chirurgia in fol.

PETRI MARTYRIS TRONI Nouariensis de Vlceribus & vulneribus capitis 4. Ticini anno 1584.

PETRI

PETRI MATTHAEI PINI annotationes in Anatomica Bartholomæi Eustachij.

PETRI MEMMII Herendalij, Medici, de recto vsu Medicinæ, liber.

PETRVS PADVANVS Dioscoridem alphabetico ordine in capitula 717. digessit, additis annotatiunculis breuibus, & tractatu exiguo de Aquarum naturis: sunt autem aquæ no distillatæ, sed ex diuersis simplicibus compositæ ad morbos quosdam. liber impressus Lugduni 1512 in 4.

PETRI PAVLI PARAVICINI Nouocomēsis Medici, de Masinensium & Burmiensium Thermarum situ, natura, miraculisque liber, impressus à Iuntis 1553. in opere de Balneis. Idē in Epistola de balneis Burmiensibus & Masinensibus mentionem facit Promptuarij à se conscripti, è quo peti iubet vsum balneorum pro morbi qualitate & ægrotantis temperatura, & Naturæ viribus, in singulis eorum morborum historiis qui thermarum auxilio egēt.

PETRVS PAVLVS VILLANVS citatur à Monachis qui scripserunt in Mesuem.

PETRI PENAE & MATTHIAE LOBELII Medicorum, Stirpium Aduersaria: perfacilis vestigatio, luculentaq; accessio ad priscorum præsertim Dioscoridis, & recentiorum materiam Medicam. Coniectaneorum de plantis appendix. eiusdem Lobelij Obseruationes de plantis. De succis medicatis & metallicis sectio; antiquæ & nouæ Medicinæ Thesaurus;

&c. Londini 1571. in folio. libri de plantis excusi sunt à Plantino Antuerpiæ folio.

PETRI PAVLI PEREDAE Setabensis, & apud Valétinos Medici Professoris, in MICHAELIS IOANNIS PASCHALII Methodú curandi scholia 8. Lugduni ex Officina Iuntarum 1585.

PETRVS PINTOR Hispanus, patria Valentinus, scripsit de Epidemia lib. 1.

PETRVS & LVDOVICVS ROSTINII digesserunt ordine Alphabetico omnes sententias quę in Hipp. Aphorismis continentur.

PETRI SALII DIVERSI, Medici Fauentini, de febre pestilentiali tractatus: & Curationes quorundam particularium morborum, quorum tractatio ab ordinariis Medicis non habetur. Atque Annotationes in artem Medicam à Donato Antonio ab Altomari condita. 4. Bononiæ 1584. & Francofurti in 8. anno 1586.

PETRVS SCARRBRIVS Scardonius, scripsit opusculum de Venenis.

PETRI SEVERINI Dani, & Regis Daniæ Archiatri clarissimi, Idea Medicinæ Philosophicæ, continens fundamenta totius doctrinæ Paracelsicæ, Hippocraticæ & Galenicæ. Basileæ Sixtus Henricpetri 1571. in 4. excudebat chartis 54. Eiusdem Epist. scripta à Theophrasto Paracelso, in qua ratio ordinis & nominum, totiusque Philosophiæ adeptæ methodus ostenditur. Basileæ 8. 1572.

PETRI

PETRI SYBILLINI de peste liber absolutissimus.

PETRI STRATEGI Medicinæ Doctoris Rostochij, libellus de iis affectibus, qui falsò Incantationum vi excitari à plerisque creduntur, nondum impressus.

PETRI TALPAE STELLINI, Vvernio, Empiricus siue Indoctus Medicus per dialogum. Exilium Empiricorum, breui Elegia Satyrico sale condita descriptum.

PETRVS TOLETVS, Medicus domus Hospitalis Lugduni, Gallus, scripsit vniuersalem morbi articularis præcautionem & Curationem ad libellum Oddi de Oddis, de Prandij & Cœnæ ratione, seu quātitate παράγραφον: Appendices in opusculum Anonymi cuiusdam de morbis puerorum (is autem est PAVLVS BAGELLARDVS) Germanus Rose impressit Lugduni 1534. Claruit 1540.

PAVLVS TRAPOLINVS, Patauinus, subtilissimè scripsit de humido radicali. Itē Commentarios laudatissimos in quæstionem de auctuatione Medicinarum.

PETRI de TVSIGNANO Consilia contra Epidemiam, impressa cum fasciculo Medicinæ: item de regimine sanitatis libellus, impressus Parisiis à Vvechelo. Eiusdem Recepta multiplicia, cum Sillani Papiensis Medicinalibus Commentariis, excusa Venetiis anno D. 1518. Eiusdem liber de Balneis Burmi, in quo non solùm aquarum vires & medicinæ, sed eas

rum quoque exhibendarum canones explicantur Venetiis 1553. in Opere de Balneis. Eiusdem Compositiones & Remedia ad omnes affectus morbosque sanandos. Lugduni 16. apud Ioannem Tornæsium 1587.

PETRVS VALLA Placentinus, transtulit Tabulam de Succedaneis.

PHANIAS Physicus citatur à Plinio lib. 21. 22, 24. & tribus deinceps: scripsit verò, vt idem refert, Vrticæ laudes. Arbitratur autem Gesnerus, nõ alium ab eo citari quàm ERESIVM, qui, Suida teste, de Plantis scripsit.

PHILAGRIVS Lycius Macrensis, Epirota genere, Medicus, libros Medicinales reliquit, monobiblos septuaginta, & alios nõ paucos, item Commentarium in Hippocratem. Suidas. Aetius Philagrij citat aloetica, de colliquante febre, de dulcibus consuetisq; in febri potionibus, diætá calculosorũ gracilium, de seminis in somno profluuio, collyriũ quoddam ad anginas, de lienis affectionibus, de calculosis renibus, de ganglio, vnctionum confectiones ad vteri suffocationem, & alia præsidia ad idẽ. allegatur etiam à Ioanne F. Mesuæ.

PHILAGRII & ARCHIGENIS de renum calculo fragmentum M. S. in Bibliotheca Regia, videndum an diuersum ab eo quod in Aetio habetur.

PHILARCHI liber de pulsibus, impressus olim cum Ioannicio: deinde cum Theophilo de Vrinis, Albano Torino interprete, Basileæ apud

apud Henricpetri 1533.

PHILETAE quidam tribuunt Hippocratis librum de Diæta Galenus.

PHILIBERTVS SARACENVS Medicus Lugdunensis, libros 11. Galeni de simplicium medicam. facultatibus, ad Græci exemplaris collationem emendauit, & scholiis marginalibus illustrauit Lugduni in 16. per Gulielmum Rouillium 1552.

PHILIPPVS INGARSIAS Siculus, Professor Neapoli, scripsit Iatrologiam, & de tumoribus pręter naturá 1551. fortè IOANNES PHILIPPVS INGRASSIA.

PHILIPPVS Medic. scripsit lib. 2. de Marasmo, quorum primus tantùm Galeni tempore extabat. Galenus de Marasmo cap. 10. Idem in prętatione lib. 6. de simplicibus, Philippum & Archigenem inter recentiores de vsu simplicium in Therapeuticis suis voluminibus scripsisse refert. Non esse autem pro Philippo (vt quidam volunt) PAMPHILVM legendum monet Gesnerus: In Isagoge, inquit Galenus, Philippus Cous, primus Empiricam separauit à Logica, rationes accipiens ab Herophilo cuius discipulus fuit.

PHILIPP. MELANCHTHON, Germanorũ decus, vitam Galeni breuiter descripsit, in libello quoque suo de Anima Humani corporis structuram & vsum paucis & eleganter, inter cætera, indicat.

PHILIPPVS de SOLDEVILLA, natione

Cathalanus, Medicus, scripsit in Artem paruã Galeni lib. 1. de spiritu gignitiuo lib. 1.

PHILIPPI VLSTADII Patricij Norimbergensis, professione Medici, Cœlum Philosophorum, seu de secretis Naturæ liber, impressus Argentinę 1528 Eiusdem tractatus de Epidemia, impressus Basileæ apud Cratandrum 1526. Claruit 1525.

PHILISTIONI quidam tribuunt Hippocratis librum de Diæta. Galenus.

PHILONIS versus de Antidoto (quod ab ipso Philonium adhuc vocatur, & conficitur in Seplasiis) extant apud Galenum in Opere de medendo secundùm locos.

PHILONIDES DYRRACHENVS audiuit Asclepiadē, & cùm in patria Medicam artem cum laude exercuisset, libros cōposuit 45. Stephanus. Galenus PHILONIDAE Siculi lib. 18. de Medicina, citat de diff. pulsuum lib. 4. c. 10.

PHILOTHEI cuiusdam Græci Commentarij extant in Aphorismos Hippocratis: quorum bonam partem Anton. Musa Brassauolus in suos transtulit Commentarios super Aphorismis. Fortassis hic est, (ait Gesnerus) ille THEOPHILVS, cuius & alia scripta Græcè in Medicina habemus. Hunc Albanus Torinus latinitate donauerat, paulò anteà quàm obiret, nondum in lucem editum. PHILOTHEI Medici quem alij THEOPHILVM vocant, cuius etiam de vrinis liber extat, Commentaria in Aphorismos Hippocratis, Græcè extant: quæ

quæ anno D.1549. Venetiis apud Cominum de Tridino excusa sunt Latinè in 8. chartis 12. & dimidia, cum Indice, Ludouico Corado de Austria Mantuano interprete.

PHILOTIMI Opsartyticum, & librum de alimento, Athenæus allegat: scripsit etiam libros de officina Medica, Galeno teste.

PHILOXENVS quidam Medicus, allegatur à Galeno in opere de remediis generalibus. Philoxenus (in Ægypto) hanc Medicinæ partē quæ manu curat, plurib. voluminib9 diligētissimè cōprehendit. Celsus lib. 7. cap. 1.

PHILVMENI Medici fragmenta in Aetij collectaneis leguntur hæc: Curatio febris ardentis, de vigiliis in febribus, de extinguenda siti, de aurium inflammatione, de hebetudine quæ à morbis contigerit, de lumb[orum i]n doloribus. curatio vlceris ossis sacri in febribus, de animi deliquio, de crapula, de cura alui fluxione laborantis, de tōsillarum inflammationibus, de vlceribus earundem, de fœtus extractione siue sectione, de loculo educendo, ad mamillarum inflammationes, ad easdem induratas, de vteri inflammatione: de thymis, formicis, & verrucis vteri.

PLINII VALERIANI opus in re Medica: impressum alicubi in Germania.

PORPHYROGENETAE regis Constantini epitome de alimentis, Græca asseruatur Bononiæ in Bibl. S. Saluatoris.

POSIDONII fragmenta de phrenitide, de

lethargo, de caro, de comate, de vertiginosis, de mania, de melãcholia, de ephialte, de epilepticis, alicuius mẽbri vitio: curatio senum & puerorum epilepticorum, item decrepitorum & infantium: de morsis à cane rabido, citantur ab Aetiô.

PROSPER BORGARVTIVS recognouit, emendauit & edidit Andreæ Vesalij Chirurgiam magnam, vnà cum instrumentorum quibus Chirurgi vtuntur, pictura. 1569.

PROSPER CALANVS è Sarzana Hetruriæ vrbe oriundus, Medicus, scripsit de tuenda valetudine ad Herculem Gonzagam Commentarium. Paraphr. in Galeni lib. de natur. facult. Enchiridion de cautione à venenatis, Clemẽt. VII. Pont. Max. Duodeuiginti Commentaria, p[illegible] ipse totidem illustribus & potentibus viris in varios morbos consilium dedit. Eius Paraphrasis in Galeni libellum de inæquali intẽperie, impressa seorsim Lugduni à Gryphio. Epistolæ quàm plurimæ diuersis amicis de curatione certarum ægritudinum missæ, & varia eius scripta in re Medica, impressa apud Gryph. Lugduni 1538.

Q

QVINTI SERENI Samonici, Gordiani iunioris præceptoris, de curãdis morbis à capite ad pedes, capita 65. versibus hexametris descripta, Aldus excudit Venetiis, & Colinæus Parisiis 1535. cum annotationibus Io. Cæ

sarij,

ſarij: & Froſch. Tiguri cum Comment. Gabr. Humelburgij 1540. & H. Stephanus cum aliis 1567. Vide Gyraldũ qui aliũ putat eſſe Q. Serenum, & alium Samonicum Serenum.

QVIRICVS de Auguſtis de Thertona, artium & Medicinæ Doctor, ſcripſit Lumen Apothecariorũ, impreſſum Lugduni 1528. cum Ioan. Iac. Manlij Luminari maiori, &c.

R

RABBI MOISIS Medici antiquiſsimi ac celeberrimi, Aphoriſmi ex Galeno collecti, nunc verò ad vſum ſtudioſorum Medicinæ ab interitu vindicati, & iam primùm in lucem editi. Item locorum quorundam apud Galenũ ſibiipſis contradicentium caſtigatio & notatio. Deniq; Ioan. Damaſceni aphoriſmi vtiliſſimi ad filium. 8. Baſileæ ex officina Henricpetrina 1579.

RACHAN filius Dybe, chymiſta, citatur ab Hortulano Philoſopho.

RAMVSSVS quidam tranſtulit Auicennã.

RANVTII epiſcopi Aruſienſis regimen cõtra peſtilentiam & epidimiam.

RASIS Medicus Arabs, alias Rhazis, à nonnullis citatur Almanſoris nomine: in libris eius impreſsis nominatur Albubetri Arazi filius Zacchariæ. Rhazæ experimentatoris lib. de peſtilentia, diuiſus in cap. 15. quæ enumerãtur in præfatione Georgij Vallæ Placentini, qui id opus ex Arabico ſermone redditum

Græcè, Latinum fecit: impressum Basileæ à Cratandro 1529. cum Psello de ratione victus, &c. Opera aliquot Rasis impressa Venet. apud Bonetũ Locatellum anno Dom. 1497. cum aliis quibusdã R. Moisis Damasceni Hippocratis, & Zoari libris. Sunt autem hæc quæ Rasis edidit: liber inscriptus Almansor, eò quòd Regis Mansoris, Isaac filij iussu edit⁹ est, cuius librum nonum ANDREAS VESALIVS doctè & eleganter ex barbaro & obscuro Latinum fecit. Liber diuisionum translatus à Gerardo Cremonense de Arabico in Latinum. de iuncturarũ ægritudinibus, de ægritudinibus puerorũ. Aphorismi. Antidotaria. De preserua tione ab ægritudine lapidis. Introductorium Medicinæ. De sectionibus, de cauteriis & ventosis. Casus quidã qui ad manus eius peruenerunt. Synonyma siue dictionariũ vocabulorũ Arabicorũ ordine literarũ, tabula omniũ antidotorũ, quorum meminit Rasis in suis operib. De proprietatibus, iuuamentis, & nocumẽtis, 60. animalium, liber aggregatus ex dictis antiquorum, per cap 56 Cunctorũ ante se scriptorum commentarios ingenti volumine coegit, quod Medici CONTINENTEM vocant, quòd cuncta contineat. Raphael Volat. Rasis aũt omnia opera, præter Continens, Basil. excudit Henric. Petrus. Rasæ liber de Pestilẽtia ex Syrorũ lingua in Grecã translatus, Græcè excus. est Paris. à Roberto Stephano cum Alex. Traliano, & Iac. Goupyli in vtrumq; castigationib.

RAY-

RAYMVNDVS LVLLIVS Eremita, natione Maioricensis, claruit circa annum Domini 1311. Plurima cùm in Theologia tum in omni Philosophia scripsit. eius libelli aliquot Chemici, nunc primùm in lucem editi opera M. Toxitæ, Basileæ per P. Pernam 1572.

REALDI COLVMBI Cremonensis, Anatomici præstantissimi, de Re Anatomica libri 15. qui continent ea quę rarò in Anatomicis conspiciuntur, Venetiis folio ex officina Nicolai Bouilacquæ 1559. chartis 70. & 8 Parisiis apud And. Vvechelum 1572. chartis 32.

REGINALDI de VILLA, nouum Regimen sanitatis, in 8. Parisiis. 1542.

REGINALDI STVRMII Suessonensis, in septem libros Aphorismorum Hippocratis, Paraphrasis poetica, ad illorum memoriam summè vtilis. 16. Lugduni apud Antonium Gryphium 1583.

REINERI SOLENANDRI Apologia, qua IVLIO ALEXANDRINO respondet pro ARGENTERIO. De causis calorum fontiú, liber impressus: Idem hæc conscripsit, nescio an edita: De Excrementis, hoc est, de generibus, differentiis, causis, causarum differentiis, & quomodo sit prædicendum ex excrementis. De præstantia hominis, de lue Venerea. Consilia Medicinalia. Collegit etiam in Theophr. multas correctiones partim ex manuscriptorũ Codicũ collatione, partim ab amicis obseruantibus multaq; ex cõiecturis, plurima quoq; in

priores quinque Theophrasti libros annotauit: vt ea propè iustorum commentariorum loco esse possint. Habet etiam librum vetustate insignem, varia experimenta continentem & insignia, quem auxit, & in libros 3. distinxit, ac titulum fecit, EXPERTORVM REMEDIORVM.

REMACLI FVCHS Lymburgi, Germani, Methodus curandi luem Veneream, per ligni Guaiaci decoctum: impressa Parisiis apud Vvechelum. Eiusdem Historia omnium aquarum, quæ in communi hodie practicantium sunt vsu: item tractatus conditorum & specierum Aromaticarum, quorum vsus frequẽtior est apud pharmacopolas. Venetiis 1542. Nomenclaturę plantarum omnium, quarum hodie apud pharmacopolas vsus est magis frequens iuxta Græcorum, Latinorum, Gallorum, Italorum, & Germanorum sententiam, collectæ ordine Alphabetico, impressæ Venetiis 1542. & præcedente anno Parisiis. Eiusdẽ Illustrium Medicorũ Vitę cum catalogo Neotericorum Medicorum Symphoriani Campegij, Parisiis apud Petrum Gromorsum 1541. Eiusdem de simplicium medicamentorũ delectu tabella, item Dialogus de Herbarũ notitia, excusa sunt Antuerpiæ apud Martinum Nutium 1544. in 8. chartis 6. pharmacorum omnium, quæ in cõmuni sunt practicantium vsu, tabulæ 10.

REMBERTVS DODONAEVS Mechliniẽsis Bel-

ſis Belga, Medicus Cæſareus doctiſsimus, cuiq́ue multum poſteritas debebit, varij generis plantarum Hiſtorias, ſeparatim 8. Antuerpiæ apud Plantinum, emiſit: anno verò 1583. ibidem folio, omnes illas coniunxit, & auxit, adeoq́ue opus excellens Botanicum in ſex pemptades, ſiue libros 30. diſtinctum, publicæ vtilitati communicauit. præterea obſeruationũ Medicinalium exempla. 8. Coloniæ 1580. & Lugduni Batauorum. 8. 1585. Extat item eiuſdem Epiſtola de Alce animali, eiuſque Natura & in Medicina vſu, edita cum Tractatu Apollonij Menabeni de eodem animali. 8. Coloniæ 1581. Obiit vir ſummus longioreq́ue vita digniſsimus Lugduni Batauorum, arbitror 1585.

REMIGIVS APHERONYMVS, Farneſij Cardinalis Medicus, tranſtulit Compendium Galeni de pulſibus, & reliquos eiuſdem de pulſibus libros.

RENATVS HENERVS, Lindoenſis, edidit Apologiam pro ANDREA VESALIO contra SYLVIVM: in qua præcipuè totius rei Anatomicæ Controuerſiæ explicantur.

RENVCCIVS quidam Epiſtolas M. Bruti, & Hippocratis latinas fecit, ad Nicolaum V. Pontificem: impreſſæ ſunt Florentiæ 1487.

REVTHA NATHACIVS ſeptimus Scotorum Rex ac prouidus, ſcripſit Medicamentorum canones lib. 1 Claruit ante Chriſti aduentum 175. Baleo teſte.

RICHARDVS Anglicus, Medicus scripsit Speculum Alchymię, de phlebotomia lib. 1. de Anatomia lib. 1. de Vrinis lib. 1. de signis prognosticis lib. 1. & de febrib. seu signis febrium lib. 1. qui impressus est Basileæ apud Henric. Petri, cum operibus Clementij Clementini. Richardi Anglici Correctoriū Alchymiæ excusum est Norimbergæ à Petreio, cum Gebri Arabis libris.

RICHARDVS CVNETIVS, vulgò KENET, Carmelita, scripsit de virtutibus Herbarū lib. 1. Claruit 1390.

RICHARDVS Parisiensis artium Magister, edidit Tractatū de signis Febriū, Venet. 1514. in folio, cum Galeatij & Marsilij de S. Sophia tractatibus.

ROBERTVS CONSTANTINVS Medicus, vir singularis eruditionis & diligentiæ, scripsit Correctiones Lemmatum, & Annot in libros Dioscoridis excusas Lugduni cum Amati Lusitani enarrationibus in eundem 1558. Hippocratis Aphorismos Græcis & Latinis versibus reddidit.

ROBERTVS EBORACENSIS, Anglus, Dominicanus scripsit Correctorium Alchymiæ lib. 1. Claruit 1349.

ROBERTVS GEOFRETIVS, Atrebatensis Med. scripsit de regimine sanitatis libellum, excusum Parisiis apud Dionysium Ianotium.

ROBERTVS RECORDE, Británus, scripsit de iudiciis Vrinarū lib. 1. Vrinale physices lib. 1. Anatomiá lib. 1. Claruit 1554. RODE-

RODERICI à FONSECA Lusitani Olysipponensis, in Hippocratis legem Commentarius 4. Romæ 1586. Eiusdem de Calculorum Remediis, qui in renibus & vesica gignuntur libri 2. Romæ 4. 1586. ex officina Titi & Pauli. de Dianis fratribus. Eiusdem, opinor, de Venenis & Antidotis prolegomena seu communia præcepta Romæ apud Vincentium Accoltum. 4. 1587.

ROGERII liber de phlebotomia venarum omnium eiusq; vsu ac vtilitate, impressus Basileæ ab Henric. Petri. Eius practica Medicinalis, impressa Venet. 1499 cum variis Chirurgorum aliquot opusculis. Denuo ibid 1519. in folio cum titulo, Chirurgiæ Practicæ tractat⁹ 4.

ROSINI Philosophi tractatus quidam extat in Alchymia.

RVDIEMVS Philosophus citatur ab Alchumistis, & RVBINVS.

RVFVS EPHESIVS Medicus sub Traiano vixit cum Critone. feruntur eius libri plurimi, quorum hi sunt, de Ratione victus 5. de Victu Nauigantium vnus. de Vulnerum medicamẽtis. 1. de Confractione articulorum 1. de Ficubus 1. de Veteri Medicina lib. 1. de Vino lib. 1. de Melle. de Herbis libri 4. carmine hexametro scripti, quorum meminit Galenus. Aldus olim cum Dioscoride Græco carmine aliquot Græca de viribus quarundã Herbarũ excudit, auctoris incerti, q̃ an Rufi sint, Med. inquirãt. Eiusdem libelli de Vesicę renumq; affectibus.

de purgantibus Medicamentis: de partibus corporis humani, Græcè impressi sunt Parisiis ab Adriano Turnæbo 1554. in 8. & ab Henrico Stephano cum aliis veteribus 1567. in folio.

RVFVS Medicus apud Ioannem F. Serapionis citatur. Extant & apud Aetium non pauca ex eius scriptis fragméta, quem qui volet consulat.

ROGERII BACHONIS Speculum Alchymiæ excusum est Norimbergæ apud Petreiũ cum Gebri Arabis scriptis. Claruit 1280.

S

SALADINVS de ESCVLO scripsit barbarò stylo Compendium Aromatariorũ, quod habetur excusum cũ Ioan. Mesuę operibus. Eiusdem Iudicium de ponderib. medicinalib⁹, impressum ab initio Onomastici Brunfelsij.

SALEMNIA quidam citatur à IOAN. F. SERAPIONIS.

SALERNI liber de virtutibus & operationibus Medicinarum. de phlebotomia, ac ventosis, de nobilitate corporis humani. M. Dresserus in Catalogo Misnico.

SALOMON ALBERTVS, Historiam plerarumque partium corporis humani edidit. 8. Vvittebergæ 1583. apud Zachariam Leheman. Galeno adscriptum nouum librum de Vrinis, à mendis innumeris repurgauit, & La-

& Latinitate donauit. 8. Vvitebergæ 1586. Eiusdem Orationes 3. 1. de Cognitione Herbarum. 2. de Moschi aromatis pretiosissimi natura & efficacitate. 3 de Disciplina Anatomica. 8. Norimbergæ 1584.

SALVSTIVS MOBSEATES Med. sub Tiberio Cæsare scripsit Meditinalia. Suidas.

SALVSTII SALVIANI, Medici Romani de Vrinarum differentiis, causis & iudiciis libri 2. Romæ in 8. 1587. Eiusdem de Calore Naturali, acquisitiuo, & febrili libri 2. ibidem in octauo 1587.

SAMVEL KELLER, vide, GEORGIVS MELICHIVS.

SAMVEL QVICCELBERGIVS Belga, confecit tabulas, omnibus Medicis in Medicinam veram accedentibus summopere vtiles, atque ad curandi studium accedentibus, aliisque præterea studiosis imprimis salutares. Floruit Ingolstadij 1551.

SAMVELIS SIDEROCRATIS Brettani, Oratio de methodo ἰατρομαθηματικῶν συντάξεων, in qua eam semper Medicis veterib. & recentioribus vsui fuisse multis rationibus confirmatur.

SANCTIS de ARDVINIS ex Pisaurensi vrbe, opus de Venenis opera Theodori Zuuingeri Basileæ editum à P. Perna.

SARDIAGI Medici antiquissimi, Epitome Medicinæ Oribasij Venetiis anno salutis 1571. in 12.

§

SCRIBONII LARGI, Medici vetustissimi, de compositione medicamẽtorum liber, Ioan. Ruellij operâ è tenebris erutus, & à situ vindicatus. Cratander, impressit Basileæ 1529. cum indice capitum singulorum, quæ sunt 271. adiecto libello Antonij Beniuenij, de abditis nonnullis ac mirandis morborum & sanationum causis. Vixit ætate Tyberij Cęsaris. Commendat eum Galenus, & aliquoties medicamenta eius citat in libris κατὰ γένος. Scribonij Largi librum de medicamentis excudit quoque Henricus Stephanus cum aliis auctoribus folio. 1567.

SEBALDI BVSCHII regimen ꝑ pestilentia scriptum Erfordiæ 1540.

SEBASTIANI AQVILANI, Galeni sectatoris, de lue Venerea liber, eiusdem de febri sanguinea ad Ludouicum de Gonzaga Mantuæ Episcopum quæstio: Henricus Petri excudit Basil. 1537. & Lugd. Vincentius de Portonariis 1532. cum Marco Gatinaria.

SEBASTIANI AVSTRII Rubeaquensis, Germani, explanatio in Pauli Æginetæ librũ, vniuersam super hac re materiam amplectens, Argentorati apud Ioan. Schottũ 1518. CORNELII Archiatri Mechelingensis liber, de puerorum infantiúmve morborũ dignotione & curatione, ad Philippum Hisp. R. per Sebastianum Austrium repurgatus, & ex barbaro Latinior factus: Basileæ Vvesthemerus excudit 1540. Obiit Friburgi Brisgoiæ 1550.

SEBASTIANVS COQVILLATVS Scipio, Latinè conuertit libellum Cl. Galeni, quos, quibus, & quando purgare oporteat: & Commentariis illustrauit. Lugduni excud. Rouillius 1553. Idem scripsit de Materia & Forma Medicamentorum, tam eorum quæ intra corpus assumuntur, quàm quæ extrinsecus adhibentur.

SEBASTIANI MARII, Medici Dillingæ, Typus & forma totius artis Hippocraticæ, in summa rerum capita contractæ.

SEBASTIANI MONTVI, Galli, Medicinalium dialexeon libri duo. adiectus est de his quæ ad rationalis Medici disciplinam, munus, laudes, consilia, & præmia pertinent, libellus: Michael Parmenterius excudit Lugduni 1537.

SEBASTIANI PAPARELLAE liber de Catarrhis, impressus Venetiis: opera ipsius quæ hactenus in lucem prodierunt, 5. voluminibus ab autore recognita, edita sunt folio 1583. Maceratæ. nempe in Hippocratis librum de Natura Humana comment. duo. de efficiente primi motoris lib. 1. de Calido lib. 1. de Indicationibus Curatiuis liber, Tractatus 8. continens de Catarrho libri 2.

SEBASTIANVS SCROPHA transtulit Galeni librum de bono & malo succo, impressum Parisiis apud Vvechelum 1546.

De SERAPIONIS libris contra sectas, Galenus ait se scripsisse duos libros.

SESTIVS vel SEXTIVS apud Plinium sæpè citatur: de Hippace quidem eadem ex Sextio citat, quæ de ea Dioscorides scribit: videndum num & alia quædam, & an Dioscorides à Sestio multa mutuatus sit.

SETHI varia collectanea, de Natura animalium, iuncta interpretatione Herbarum, per Alphabetum in 4. Manuscriptum in Bibliotheca Imp. Viennæ. vide SIMEONIS SETHI, an idem sit auctor.

SEVERINI GOBELII libri duo de Succino, seu electro, prior Theologicus, alter Physicus & Medicus, excusi sunt Tiguri. 8. apud Gesneros fratres, cum Corollario Conradi Gesneri.

SEVERINI Medici scriptorum fragmenta leguntur in libris Aetij, nempe, Curatio cōmunis vlcerum oculi. & confectio fœnogræci. de Carbunculis genarum, de Ægilope. de inurentibus tempora. de arteriæ sectione. de linimentis totius corporis.

SEXTIVS NIGER Græcè libros aliquot de Medicina scripsit. Volaterranus. lib. 14.

SILLANVS de NIGRIS nominatur à Symphoriano Campegio inter scriptores rei Medicæ. scripsit autem commentaria in 9. Almansoris, excusa Venetiis à Luca Anton. Iunta 1518. in folio.

SIMON GENVENSIS synonyma scripsit.

SIMON de LOVITZ Medicus, scripsit Enchi-

Enchiridion Medicinæ, excuſum Cracouiæ in 8. Annotationes in Æmilianum Macrum ibidem excuſum.

SIMONIS PISTORII Lipſiẽſis de lue Venerea Diſputatio, contra quam ſcripſit Ioan. Manardus.

SIMON PORTIVS Philoſophus inſignis, ſcripſit Encomium de Dolore capitis. de Dolore librum excuſum Florentiæ in 4. chartis 7. 1551. de puella Germanica quæ biennium vixerat ſine cibo & potu.

SIMON RIQVINVS de ἱδρωπυρέτῳ, hoc eſt, Sudatoria febri, Coloniæ apud Soterem anno 1529.

SIMON SIMONIVS Lucenſis, qui Philoſophiam primùm in Italia, pòſt Geneuæ, dein Lipſiæ docuit, nunc verò apud Morauos Medicinam exercet, ſcripſit artificioſam curandæ peſtis Methodum, libellis duobus comprehenſam, Lipſiæ 4. Item ſynopſin breuiſſimam Theoriæ de humoralium febrium natura, periodis, ſignis & generali curatione. 8. Lipſiæ 1580. Extant eiuſdem Commentarij doctiſsimi in Ariſtotelis libr. de ſenſu & ſenſili. & Diſputatio de putredine aduerſus Thomam Eraſtum. 4. Cracouiæ ex officina Lazari 1585.

SIMON è TOVAR, Hiſpalenſis Medic. ſcripſit Methodum nouo Examine de Compoſitione medicamentorum. 4. Antuerpiæ 1586.

SIRASI vel SERASI & Ebeneſi Philoſo-

phorum Commentaria in quædam Auicennę, impressa sunt Venetiis apud Cominum de Tridino 1547. in folio.

SOCRATES Chirurgus citatur apud Cælium Aurelianum lib 5 cap. 1.

SOHALTA Chymicus auctor, citatur à Seniore Zadith

SOLON Medicus allegatur à Plinio 20. & septem deinceps libris.

SORANVS Cilix, cognomēto MELLOTES Medicus, hūc solum ex antiquiorib. post Hippocratem probabat Asclepiodotus philosophus & Medicinam edoctus. Suidas.

SORANVS Menandri & Phœbes F. Ephesius Medicus Alexandriæ versatus, Romæ etiam Medicinam fecit, sub Traiano & Adriano Imperatoribus, composuit & libros plurimos & pulcherrimos Suidas. Eius in artem medendi Isagoge, impressa Basileæ apud Gratandrum 1528 cum aliis quibusdam Apuleij & Plinij de Re medica libris. Citatur alicubi apud Galenum in libris de compositione medicament. secundùm locos Aetius quoque eius fragmenta refert. Confectionem ex succo vuæ acerbæ de gonorrhœa, de vteri imbecillitate, de vterino furore, de vteri resolutione, de vteri procidentia, œdemate, Satyriasi: quomodo fęcundæ mulieres dignoscantur: de scirrho & scirrhomate vteri: nimirū hæc omnia ex libris 4. muliebriū SORANI iunioris, quorū Suidas meminit, decerpta sunt. SORANI de vtero & mulie-

muliebri pudendo libellus Græcè impres. est Parisiis ab Adriano Turnæbo, 1554. in 8. cum Rufi Ephesij libellis. SORANVS etiam ante Galenum de fasciis scripsit.

SORANVS Ephesius Medic⁹ iunior, muliebrium rerum libros 4 scripsit: Vitas & sectas Medicorum. libros duos compositionum & alia diuersa. Suidas.

SOSIMENIS Medici scripta allegantur à Plinio 20. & quinq; deinceps libris.

SOSTRATVS vir celebris quædam in Chirurgia reperit.

SPLENII Philosophi de generatione hominis liber Græcus, extat Romæ in Vaticana.

STEPHANI ARLANDI, Viridarium super Antidotariũ Nicolai: Itẽ Prognosticationes: item Tractatus de febribus, & de euacuatione. Dresserus in Catalogo Misnico.

STEPHANI Atheniensis Philosophi, explanationes in Galeni priorem librũ Therapeuticum ad Glauconem, Græcè editi sunt Venetiis: & iidem Latinè quoque ibidem excusi sunt 1554. Augustino Gadaldino interprete: cum scholiis, quibus castigationes in his explanationibus factæ explicãtur. & Lutetiæ à Syluio 1555. Eiusdem & Dioscoridis Alphabetum Medicum Empiricum, M. S. Græcè extat apud Cl. Gasparum Vvolphium Tigurinum Medicum, emendatum à C. Gesnero. Stephani de differentiis febrium liber Græcè M. S. in Biblioth. Galliæ.

STEPHANI Medici quædam in προῤῥη-τικὰ Hippocratis ſcholia, apud Sambucum exiterunt.

STEPHANVS AQVAEVS Bituricenſis, ſcripſit commentarios in omnes Plinij Naturalis Hiſtoriæ libros excuſos Pariſiis apud Galiotum Pratenſem 1530. Idem ſcripſit tractatum de Limacibus, ranis, &c. eorundemque facultatibus. Phlegmoniatriam, ſeu Dialogum de cura vlcerum.

STEPHANI DVTEMPLAEI, Tabulæ in Galeni libros, de morbis & ſymptomatibus, impreſſæ Lugduni apud Gryphium.

STEPHANVS GOVRMELENVS Curioſolita, libellum Hippocratis de alimento in Latinum conuertit: editum Pariſiis 1572. in 8. Eiuſdem artis Chirurgicæ, ex Hippocratis & aliorum veterum Medicorum decretis, ad rationis normam redactæ libri tres. 8. anno ſalutis 1580.

STEPHANI MAGNI Sophiſtæ, Expoſitio de Vrinis, Græcè M. S. in Bibliotheca Regis Galliæ.

STEPHANI Medici cognomento MAGISTRI, Collyrium, vide ſuprà in MATTHIA THEODORO MELANELIO.

STEPHANVS RIVERIVS, Chirurgus elaborauit elegantiſsimas figuras & inciſionũ declarationes, cum Caroli Stephani Medici de diſſectione partium corporis humani lib. 3. editas Pariſiis 1545. in folio.

STRA-

STRABI GALLI Poetæ, ad Grimaldum Abbatem, Hortulus amœnissimus, hexametro carmine, de quarundam Herbarum viribus: impressus Argentorati apud Henricum Syboldum 1530. cum Helij Eobani Hessi, Bonæ valetudinis conseruandæ præceptis.

STRATO Medicus, Erasistrati discipulus, scripsit quædam in Medicina. Galenus in libro contra Erasistrateos.

SYLVESTRI BERNERII de Concoctione quæstio impressa.

SYMEONIS SETHI Magistri Antiochiæ, liber Græcus de Cibariorum, (condimentorum quoque, aromatum, odoramentorum, & aliorum quorũdam simplicium) facultatibus per ordinem literarum: Michael Isingrinus excudit Basileæ 1538. Græcè & Latinè, Lilio Gregorio Gyraldo interprete.

SYMPHORIANI CAMPEGII (aliàs CHAMPERII) Lugdunensis, Galli, Equitis Aurati, Castigationes seu emendationes Pharmacopolarum ac Arabum Medicorum, Mesuæ, Serapionis, Rasis, Alpharabij, & aliorum iuniorum Medicorũ, in lib. 4. diuisæ, Lugduni 1532. apud Ioan. Crispinum: Eiusdem varia opuscula simul excusa Lugduni, vt, de Claris scriptoribus Medicinæ veteribus & recentioribus, lib. 1. de corporum animorumque morbis, ac eorum remedijs, libelli duo, quorum primus introducit in Practicam Galeni, secundus curat animi ægritudines. Aphorismi siue Colle-

ctiones Medicinales. His adiiciuntur Aphorismi Alexandri Benedicti, Alexandri Aphrodisæi de febribus lib. 2. Georgio Valla interprete. Opuscula quædam Hippocratis, Andrea Brentio interprete. Eiusdem Hortus Gallicus, liber in re Medica, quo recensentur simplicia medicamenta, quæ in ipsis Galliis per diuersa loca proueniunt: Excusus est Enchiridij forma. Galeni Campi Historiales, ex omnibus Galeni libris excerpti, & in 4. lib. digesti: & Commentariis illustrati. Eiusdem libri duo de Apologetica disceptatione inter Andream Thurinũ, & Matthæum Curtium, quibus docetur, per quę loca sanguis mitti debeat in Pleuritide, & plurimorum authorum diuersæ super hac re sententiæ ad verbum referuntur. Cratander impressit Basileæ 1532. Eiusdem Practica Medicinalis, & liber de omnibus febrium generibus, excusi sunt Basileæ ab Henrico Petri 1547. in 8. chartis 45. Eiusdem Cribratio Medicamẽtorum in sex libros digesta. Quæstio de Exhibitione Medicinarũ venenosarũ Lugduni excudit Gryphius 1534. Eiusdem Symphonia Galeni ad Hippocratẽ.

T

TABARI citatur à Ioanne F. Serapionis.

TACVINVS quidam Medicus, ante annos circiter 30. fertur quędam edidisse, impressa in Italia. Sunt & Tacuini dictæ tabulæ in rẽ Medica Elluchaseni cuiusdam, editæ in folio.

TAR-

TARQVINIVS SCHNELBERGIVS de Curatione pestis per viginti radices.

TAVRISANVS Monachus, scripsit in artem paruam Galeni, liber in Italia excusus est, forsan TVRISANVS.

TAXEOTI ἐρίθια Medica Græcè M. S. in Gallia.

TERTII DAMIANI Vissenaci Decipolitani, Theorica Medicinæ & Chirurgiæ, cum libello περὶ τῶν ἱδρώτων, hoc est, morbo sudorifico. Antonius Idumæus excudit Antuerpiæ 1541.

THADDAEVS DVNVS Italus, Locarnensis, Medicus egregius, edidit Epistolas Medicinales, & libellum de Semitertiana, Tiguri apud Andream Gesnerum 1555 De muliebribus morbis librum Argẽtinæ apud Rihelium 1565. De Venæ sectione libros tres: Tiguri apud Froschouerum 1570. De Respiratione cõtra Galenum, Quòd Respiratio non sit motus volũtarius. Tiguri 8. apud Froschouerum chartis 14. 1588. Eiusdem de Curandi ratione per venæ sectionem, liber quartus, tribus aliàs editis addendus. 8. Tiguri. Viuit Tiguri, vbi feliciter Medicinam exercet.

THADDAEVS natione Florentinus, Medicæ artis peritissimus Doctor, scripsit in Aphorismos Hippocratis lib. 1. in prognosticon eiusdem lib. 1. Isagogas Iohannitij lib. 1. de conseruanda sanitate lib. 1. Eiusdem in Cl. Galeni artem paruam Commentarij folio Neapoli 1522. Claruit 1280.

THEMISON Medicus plantaginem celebrauit, tanquam inuentor, volumine de ea edito. Plinius: qui alibi, Themison, (inquit) summus auctor damnauit hydromeli & oxymeli. Citatur à Plinio lib. 11. & 15. Nat. Historię. Themisonis Pallenidem Athenæus citat.

THEOBALDI LOPLEIGNII Vindociensis, de vsu Pharmaceutices in conseruandis medicamentis Isagoge, excusa Lugduni 1539. à Ioan. Barboo.

THEODERICI DORSTENII Medici, Botanicum, continens Herbarum aliorumq; simplicium, quorum vsus est in Medicinis, descriptiones & imagines, ex præcipuis vtriusque linguę autoribus, cum Corollario eorum quę à Neotericis obseruata, vsuque comprobata sunt: Egenolphus excudit Francofurti 1540.

THEODERICVS GERARDVS Gaudanus transtulit ex Galeno librum de curandi ratione per sanguinis missionem: de sanguisugis, reuulsione, cucurbitula, & scarificatione libellum. Habentur cum cæteris Latinè redditis Galeni operibus impressa. Itẽ de simplicium medicamentorum facultatib. libros 11. eiusdẽ.

THEODERICVS VLSENIVS Frisius: scripsit lib. 2. de ratione Pharmãcãdi, carminibus 316 absolutos: Norimbergæ impressos 1496. & Basileæ Henricpetri 1571. Claruit 1494.

THEODORI Therapeutica Græcè, in Italia extant. Legendum fortè THEODORITI, cuius Therapeutica Græcè habemus.

THEO-

THEODORVS Medicus, Athenæi discipulus. Laertius. Citat etiam THEODORVM Medicum Aetius lib.13.cap.46.

THEODORVS ANGELVTIVS conscripsit artem Medicā ex Hippocratis & Galeni Thesauris potissimùm depromptam, ac singulari quodam ac perspicuo sentētiarum ordine expositam. 4. Venetiis 1588. apud Paulum Meietum chartis 31.

THEODORVS GAZA Thessalonicēsis, vir doctissimus, Theophrasti de Historia & causis plantarum libros 15. trāstulit. vide num etiam Aphorismos Hippocratis verterit. Obiit 1478.

THEODORI MVSCIENI Medici compositiones quasdam citat, Alexander Trallianus.

THEODORI PRISCIANI archiatri ad Timotheum fratrem Phænomenon euporiston, h. e. paratu facilium medicaminum lib. 1. Gynæcea ad Saluinam lib.3. opus editum Basileę apud Frobenium 1532. in præfatione testatur auctor, se etiam Græcè quosdam libellos de re medica scripsisse. Otho Bruntelsius hunc auctorē ab aliis OCTAVIVM HORATIANVM dici testatur, de quo suprà. Theodorus Priscianus libellos suos Medicos primùm Græcè scripsit, deinde ipsemet Latinos fecit, vt testatur in præfatione ἐυπορίστων ad Olympium collegam suum.

THEODORI, Diæta, quibus vel salubriter vtendum, vel cautius abstinendum sit: Ioannes Schottus excudit Argentinæ anno 1544.

cum Trotula, Hildegardi, &c.

THEODORVS ZVINGERVS Basiliensis, vt Philosophorum Medicorumque omnium præclarum lumen, sic Basiliensium insigne decus, præter miranda monumenta Historica & Philosophica, quæ posteritati reliquit, Medicinam etiam plurimum illustrauit: scripsit enim Tabulas artificiosissimas & Commentarios doctissimos, in Artem Medicinalem Galeni, ex quibus Medici longæ Artis Compendium: Philosophi, cognitionem Naturæ in corpore humano, tanquam in microcosmo: Logici denique artificiosam ordinis definitiui dialysin, magna cum vtilitate & facilè haurire poterunt. folio Basileæ excudebat Ioannes Oporinus anno 1561. Tabulas & Commentarios in Galeni librum de constitutione Artis Medicæ: ex quibus rationem inueniendi & constituẽdi artẽ quamlibet, iuxta Resolutiui ordinis leges (cuius natura, ars & vsus multis iam seculis latuit) studiosus lector facili negotio depromet, ibidem eodem anno. Hippocratis Coi, viginti duos libros Tabulis & Commentariis, non minùs eleganter quàm laboriosè, illustrauit, facta collatione Græci contextus ex doctissimorũ VV. codicibus, & Latinæ versionis IANI CORNARII innumeris locis correctione: quibus omnibus adiectæ sunt in fine operis insignes sententiæ per locos communes

munes methodicè digestæ: sed & in præfatione ad Ioannê Cratonem de Vniuersa Hippocratea Medicina ingeniosissime multa disserit: sunt autem Commentarij illi eo eo illustrati, qui sequuntur: de Arte, de Veteri Medicina, Lex, Iusiurandum, de Medico, de Elegantia. Præceptiones. de Carnibus, seu potius de Principijs, de Genitura. de Natura pueri. de Septimestri partu. de Octimestri de Ætate. de Natura Humana. de Aere, aquis & locis de flatibus. de Alimento. de locis in Homine. de Glandulis. de Diæta libri 3. de Insomniis. de Humidorum vsu. Opus excusum Basileæ folio, Episcopiorum opera & impensa, anno 1579. Vtinam verò pietatis & omnis virtutis rarum hoc exemplar, fata tam citò nobis non inuidissent, vt non modò totum Hippocratem, sed multa alia in Medicina, quæ peragenda sibi proposuerat, ipsi perficere licuisset: Obiit enim ex morbo Epidemico, Basileæ 10. Martij anno ætatis suæ 54. M. 7. D. 8. 1588.

THEODOSIVS citatur in Tacuinis Elluchasem Medici.

Ex THEONE vini bilem purgantis præparatio, apud Aetium describitur.

THEOPHANIS vniuersæ Methodus Myxobarbara in 4. M.S. in Bibliotheca Imperatoris Viennæ.

THEOPHILI Medici liber de Excremen-

tis & Pulsibus, cum eiusdem Antidotario in 4. M S. in Bibl. Imp. Viénæ. THEOPHILI (eiusdem fortè) & Stephani ac Hippocratis, Galeni insuper: de experimentorum differentiis: qui est scopus totius Practicæ Medicinæ liber Græcus in 8. scriptus in Bibl. Imp.

THEOPHILI de Cognitione Vrinæ liber impressus Basileæ apud Henricpetri 1533. cum Philareto de pulsibus, Albano Torino interp.

THEOPHILI PROTOSPATARII de fabrica humani corporis libri 3. siue in Galeni de vsu partium libros Epitome, Iunio Paulo Patauino interprete. Conradus Neaparius excudit Parisiis 1540. & Robertus Vvinter Basileæ. & Morelius Parisiis Græcè & Latinè: Gryphius item Lugduni 8. 1541. cum Andernaci Anatomia.

THEOPHRASTI Opera Græcè per Ioannem Baptistam Camotium recognita. excusa Venetiis ab Aldi filiis 1552. Editi sunt etiam Theophrasti libri de Plantis cum Commentariis Iulij Cæsaris Scaligeri Geneuæ apud Crispinum folio. & Eiusdem in eundem Animaduersiones in 8. Lugduni apud Ioannam Iacobi Iuntæ F. 1584. nescio an idem liber cum Commẽtariis. Theophrasti opera omnia Græcè, quæ quidem extabant, Ioan. Oporinus excudit Basileæ 1541. cum doctissima Ioachimi Camerarij præfatione. Contenta in hoc volumine sunt hæc: Theophrasti vita ex Diogene Laertio. de plantarũ Historia libri 10. de plantarum

tarum caussis libri 6. Aristot. de plantis lib. 2. Theoph. de lapidibus lib. 1. de piscibus lib. 1. de Igne lib. 1. de ventis lib. 1. de signis aquarum & ventorum lib. 1. de vertigine oculorum lib. 1. de Saporibus lib. 1. de Odoribus lib. 1. de Sudoribus lib. 1. Characteres morales, siue de Notis. Metaphysic. lib. 1. Prisciani Philosophi Lydi Expositio Theophrasti de Sensu. Eiusdem, Expositio Theophrasti de Phantasia. libri de Historia & caussis plantarum, Theodoro Gaza interp. excusi sunt Parisiis apud Vuechelum: & Basileæ apud Cratandrum.

THEOPHRASTVS PARACELSVS, vide Catalogum Germanicum.

THESSALVS, Hippocratis filius, Medicus Cous, scripsit Medicinales libros sex. Suidas: vide suprà in HEROPHILO. Eius Oratio in Athenensium Senatu habita, cum Hippocratis operibus excusa est.

THESSALVS scripsit contra Aphorismos Hippocratis. Galenus in libro contra Iulianũ.

THOMAEI Sareptensis Episcopi, Practica Medicinalis.

THOMAS BODERIVS Rothomagensis de ratione dierum Criticorum.

THOMAS DINVS, vel potius Dini de Garbo filius. vide THOM. de GARBO.

THOMAS ERASTVS Aquensis Heluetius, summus Philosophus & Medicus, edidit cõtra Theophrasti Paracelsi Medicinam nouam, partes quatuor, quarum prima agit de reme-

diis superstitiosis & magicis curationibus, quę ille tradidit. Basileæ apud P. Pernam 1571 in 4. in secunda Philosophiæ Paracelsicæ principia & elementa explorantur: ibid. 1572. Tertia, in qua veræ Medicinæ assertio, & Paracelsicę cõfutatio continetur 1572. Quarta, in qua Epilepsiæ, Elephantiasis seu Lepræ, Hydropis, Podagræ, & Colici doloris vera curandi ratio demonstratur, & Paracelsica solidissimè cõfutatur, ibid. 4. 1573. Eiusdem disputatio de Auro potabili, in qua accuratè admodum disquiritur, num ex metallis, operâ Chemiæ concinnata pharmaca tutè vtiliterque bibi possint. 8. Basileę apud P. Pernam 1576. chartis 12. De occultis Pharmacorũ potestatibus, quid & quotuplices eæ sint, quibus in morbis, quomodo, quando, què in curationib. vsum habeant. Accessit disputatio de purgantiũ medicamẽtorũ facult. 4. Basileæ ibid. 1574. chartis 28. Disputatio de Putredine: in qua natura, differentiæ & causa putredinis, ex Arist. & ipsa rerũ euidẽtia, clarè exponitur, consensio inter Philosophos & Medicos declaratur: omnia deniq; ad perfectã eius notitiã necessaria diligẽter explicãtur, Basileæ 4. ex Officina Oporiniana. cõtra hanc scripsit ARCHANGELVS MERCENARIVS Professor olim Philosophiæ Patauij, cui respõdit suoq; Erastus. Eiusdẽ de causa Morborum continente tractatus, in quo integra, perfecta & dilucida huius quæstionis, & ad ea rerũ pertinentium explicatio cõtinetur 4. Basileæ apud

Per-

Pernã chartis 20. Edidit præterea, COMITIS MONTANI Vicẽtini noui Medicorũ Cẽsoris 5. librorũ de morbis editorũ viuá Anatomen, in qua multa artis Medicæ capita accuratissimè declarãtur 4. Basileæ ex Officina P. Pernę 1581. chartis 31. Et posteà respõdit Comes Montanus 4. Venetiis 1584. Extãt insuper eiusdem doctissimæ Theses de morbis totius Substantiæ, de Melãcholia, de Cõuulsione: disputatio de Febribus putridis aduersus IOVBERTVM in paradoxis. 4. Basileæ. Eiusdẽ Explicatio famosæ illius Quęstionis, vtrũ ex Metallis ignobilib. Aurũ verũ & naturale arte cõflari possit, &c. 1572. ibid. chartis 24. Norunt deniq; multi virũ quendã doctiss. Erasti Cõmentarios in Aphorism. Hipp. M. S. penes se habere, quẽ ꝓ sua humanitate & candore nõ dubitãt, imò etiam tacitè rogant, quin eos publici boni causa, cæteris communicet. Obiit Heluetiorum, imò Philosophorũ & Asclepiadarũ omnium splendor, Basileæ vltim. Decemb 1583. ætat. suæ 60.

THOMAS de GARBO, Florentinus, Dini quondã Med. F. scripsit summã Medicinæ lib. 2. & quædã alia in Galenũ impressa & librũ de Reductione Medicam. ad actũ, qui cũ aliis eiusdẽ argumenti libris prodiit Patauij & 8. apud Ioan. Mareschallũ 1584. Cl. 1346. vel, vt alij, 1311.

THOMAS GEMINVS Lysiensis, scripsit Epitomen librorum Andreę Vesalij de humani corporis structura: quæ impressa est Londini in Officina Ioannis Erfordiæ 1545. chartis 86.

cum figuris in ære pulcherrimis.

THOMAS GYBSON Anglus, scripsit sermone patrio Herbarium contra Alcumistas imperitos lib. 1. Claruit 1554.

THOMAE IORDANI Medici excellentis, Pestis phænomena, seu de iis quæ circa febrẽ pestilentem apparent, Exercitatio doctissima. 8. Francofurti apud Andream Vvechelũ 1577. & ibidem apud heredes 8. 1581. Eiusdem Brũnogallicus seu Luis nouæ in Morauia exortæ descriptio 8. Francofurti apud Andr. Vvechelum 1578. & ibidem 1583. in Tractatu de peste adiecta est lapidis Bezoar descriptio: chartæ sunt 42. Extant eiusdem Animaduersiones in Paradoxa Iouberti & Responsio ad 7. dec. 2. 8. Francofurti 1577. ad hæc autẽ respondit Ioubertus. Commentariolum denique eiusdem de Aquis medicatis Morauiæ, 8. Francofurti apud Vvechelos 1585. Obiit, vir longiore vita dignus, anno Domini 1585 ætatis 39.

THOMAS IVNTA collegit opus de Balneis, in quo omnia quæ extant apud Græcos, Latinos, Arabas, tam Medicos, quàm quoscumq; cæterarum artium scriptores, qui vel integris libris, vel quocumque alio modo hanc materiam tractarunt, hinc inde accuratè conquisita & excerpta, atque in vnum volumen redacta continentur. Authores plusquam septuaginta, quorum scripta de aquis & balneis in hoc libro continentur. Opus ab ipso impressum 1553. in folio chartis 140.

THO-

THOMAS LINACER, Anglus, Medicinæ Professor, vir vtraque lingua doctissimus, Galeni lib. 3. de Temperamentis transtulit. de inæquali intemperie 1. Methodi Medendi libros 14. de Sanitate tuenda lib. 6. de Naturalibus facultatibus libros 3. de Pulsuum vsu lib. 1 hæc omnia ex eius versione, cum reliquis Galeni operibus Latinis impressa sunt Basileæ. Claruit 1520.

THOMAS MVFFETVS Londinas Anglus, scripsit de Iure & præstantia Chymicorũ Medicamentorum Dialogum Apologeticum. 8. Francofurti apud Vvechelos 1584. Eiusdem Nosomantica Hippocratica, seu Hippocratis prognostica cũcta, ex omnibus ipsius scriptis Methodicè digesta, à mendis atque tautologiis penè infinitis repurgata, &, maiore quàm anteà studio, ordine digesta. 8. Francof. apud Vvechelos 1588. In præfatione ad Studiosos Medicos Basilienses pollicetur se editurum sigillatim & coniunctim Hippocratis & Paracelsi scripta iuxta Methodi leges, & ab omni heterogenea hypothesi repurgata. Nosomantica chartas habet 13.

THOMAS NORTON, Anglus, Briscollensis, composuit Alchymiam quandam lib. 1. de transmutatione Metallorũ lib 1. Claruit 1447.

THOMAE PHILOLOGI liber de vita vltra annos 120. protrahenda, Venetiis in 4. Eiusdem luis Venereæ sanandæ modi omnes, vini ligni & aquæ, vnctionis, ceroti, suffumi-

giis, &c. ibidem anno 1545.

THOMAS PHAIER Britannus, transtulit ex Gallico sermone de ægritudinibus puerorum lib. 1. Regimen vitæ naturalis lib. 1. de pestilentia & eius curatione lib. 1. de Natura simplicium lib. 1. Claruit 1550.

THOMAE RODERICI à VEIGA Eberensis Commentarij in Cl. Galeni libros duos de Febrium differentiis. 4. Conimbricæ 1577. & ibid. 4. 1583. apud Ioannem Barrerium. Eius opera omnia prodierunt in folio Geneuæ apud Ioannem Lertout 1586.

THOMAE THYRICI Rheti, libelli 2. de peste, M. S. extant apud Casp. Vuolphium.

THRASIAS MANTINENSIS, radicum peritissimus habitus est. Plinius, qui eius testimonio aliquoties vsus est.

THVRAE de CASTELLO Bononiensis, liber de Balneis Porretanis, impressus olim Venetiis, cum aliis quibusdam sermone barbaro. idem liber à Iuntis impressus est 1553. in opere de Balneis.

TIMARCHVS Medicus citatur à Plinio lib. 8. 26 27. Naturalis Historiæ.

TIMARISTVS Medicus halicacabum carmine laudauit. Plinius: hic libro 26. perperam TIMARCHVS nominatur: Gesnero teste.

TIMOTHEI BRIGTHI Cantabrigiensis Angli. Medici Doctoris, Hygieina seu de sanitate tuẽda pars 1. 8. Londini & Francof. apud Ioan. Vuechelũ 1588. chartis 5. Eiusdem altera

pars

pars seu Therapeutica, ibidem excusa chartis ferè 9. in his duabus partibus vniuersam Medicinam noua Methodo complecti conatur.

TLEPOLEMVS Medicus subinde nominatur Plinio in describendis plantarũ vsibus lib. 20. & 7. seq primus quidem liber, id est, Catalogus auctorũ THEOPOLEMVM pro TLEPOLEMO perperá habet. Nos (ait Gesnerus) lib 20. c. 17. TLEPOLEMVM legimus, THEOPOLEMI certè nomen ominosius est quam vt eo vsus quisquam existimari debeat. TLEPOLEMVS vero vsitatum est nomen, idem ferè quod MENAECHMVS significans.

TROTVLAE antiquissimi auctoris, curandarũ ægritudinũ ante, in, & post partũ liber, opera Aldi Manutij liberorũ in lucẽ editus, excusus est Parisiis 1550. in 16. per Ioan. Fouscheriũ. & 4 Basileæ 1585 cũ aliis eiusdem materiæ scriptoribus. Dicitur autem esse EROTIS Medici Iuliæ Augustæ liberti, qui cùm in nomen dominæ suæ côcessisset, EROS IVLIA dictus, inde nomen corruptum est, & TROTVLA dictus: atque etiam in fœminam mutatus: nam qui Argentinę hos libros edidit, 1544. Trotulæ mulieri inscripsit. Gesnerus.

TRYPHON pater Romæ nuper non mediocris Chirurgiæ professor, quibusdam in melius mutatis, aliquantum huic disciplinæ adiecit. Celsus lib. 7.

TVRRISANVS quidam scripsit plusquam Commentaria (sic titulus habet) in Galeni

Artem paruam, ex quibus è commento 81. canones balneandi desumptos impresserũt Iuntæ Venetiis in opere de Balneis 1553. vide suprà TAVRISANVM. idem enim putatur Gesnero.

TVSSANI DVCRETI Cabilunensis Medici de Arthritide vera assertio, eiusque curandæ Methodus aduersus Paracelsistas. in 8 Lugduni apud Bartholomæum Vincentium 1579. Eiusdem Commẽtarij duo, vnus de Febrium cognoscendarum & curandarum ratione, alter de earundem crisibus in 8. Lausannæ 1580.

V

VALENTINI POLYDAMI de re Medica libri aliquot impreßi in Germania 1540. Sunt autem hi: De pulsibus cum propriis & dilucidis interpretationibus lib. 1. de Vrinarũ judiciis ex optimis autoribus aggregati lib. 2. de quouis dolore capitis, cum experimentis aliquot & adhortationibus ad ægrum in laudem artis Medicæ oratio ad Ioannem Episcopum Lundensem Epistolarũ aliquot libellus.

VALERIVS CETANNIVS Vicentinus, transtulit Galeni librum de exercitio paruæ pilę, qui ab Hieronymo Donzellino plerisque in locis emendatus. excusus est Venet. a Iuntis cum reliquis Galeni operibus 1550.

VALERII CORDI Simesusij, Medici ad illustrandam Naturam nati, de Pharmacorum

omnium

omnium conficiendorum ratione liber excuſus Norimbergæ apud Ioannem Petreium, & Pariſiis apud Ioannem Roigny 1548. & poſteà Antuerpiæ in 16. apud Plantinum, cum Petri Coudebergi correctionibus & ſcholiis 1568. & alibi paſsim. Eiuſdem annotationes in Dioſcoridis de Materia medica libros, excuſæ Francofurti apud Egenolphum 1549. Eædem longè aliter quàm antè euulgatæ. Hiſtoriæ Stirpium libri quatuor poſthumi, nunc primùm in lucem editi, adiectis etiam ſtirpium iconibus & breuiſsimis annotatiunculis. Item Sylua, qua rerum foſsilium in Germania plurimarum, metallorum, lapidum, & ſtirpium aliquot rariorum notitiam breuiſsimè perſequitur, nunquam hactenus viſa, de artificioſis extractionibus liber. Compoſitiones Medicinales aliquot non vulgares. Omnia ſummo ſtudio atque induſtria Conradi Geſneri collecta & edita Argentinæ 1561. in folio. de Haloſantho ſeu ſpermate Ceti liber cum Corollario Geſneri. Tiguri 8. apud Geſneros fratres. Obiit Romæ 7. Calend. Octobris 1544. ætatis ſuæ 29.

• VALESCVS de TARANTA protomedicus Regis Franciæ, ſcripſit tractatulum de peſte & Epidemia. Eiuſdem Practica vulgò dicta PHILONIVM, de curatione morborum omne genus à capite ad pedes & aliorum, impreſſa olim Lugduni 1490. apud Alemannũ Trech.

VDALRICI PINDER, Medici Germani,

Compendium de valetudinis cura seu regimen sanitatis lib. 2. de phlebotomia lib. 1. de simplicibus medicamentis lib. 1. vixit in aula Friderici Saxoniæ Archiducis 1510.

VDONIS Medici Vtopiensis, de Galeni librorũ editione iudiciũ: est aũt nomen fictum.

VENCESLAVS BEIER, scripsit de Thermis Elnbogensibus. & Disputationum habitã Lipsiæ de principatu Cordis 1533.

VICTIMERVS citatur ab Hortulano Philosopho, videtur autem Chymista fuisse.

VICTORIS de BONA, de pestilenti statu, & problemata de peste Venetiis.

VICTORIS TRINCAVELLII Philosophi & Medici Veneti, & Patauij Medicinæ professoris eminentissimi libri 3. & quarti fragmentum, de ratione componendorum medicamẽtorum eorumq́; vsu. Venetiis 4. 1571 apud P. Pernam in 8. 1570. chartis 73. Eiusdem in libros Galeni de Differentiis febrium, atque in priorem de arte curandi ad Glauconẽ Explanationes vnà cum tractatu de febre pestilentiali, in folio Venet. 1579. Eiusdem Consilia, Epistolæ, Tractat9 de Reactione, de Venę sectione in pleuriticis, &c. omnia hæc excusa Lugd. duobus tomis in officina Iuntarũ 1586. Consilia verò Medica post Editionem Venetam & Lugdunensem accessione CXXVIII. Consiliorum locupletata, & per locos cõmun s digesta: Epistolæ, Tractat9 de Reactione, de Venę sectione in Pleuriticis, de Febre pestilẽtiali,
prodierunt

prodierunt folio Basileæ apud Conradum Vvaldkirchium 1587. ternionibus 48. Ex eiusdem item prælectionibus de ratione curandi particulares humani corporis affectus (editis Venetiis folio) & de Compositione Medicamentorum, ANDREAS CHRISTIANVS Ripensis concinnauit ENCHIRIDION de cognoscendis tam externis quàm internis humani corporis morbis. 8. Basileæ typis Oporinianis 1583. chartis 55. transtulit item Galeni librum de constitutione artis, quam versionẽ sequutus est Theodor. Zuingerus in suis in illum librum tabulis, &c.

VIDVS VIDIVS, Florentinus, professor Regius Parisiis, edidit Chirurgiam è Græco in Latinum à se conuersam, cum commentariis Galeni & suis, Parisiis apud P. Galterium 1544. in magno folio. Insunt autẽ hæc: Hippocratis libri de vlceribus, de Fistulis, de vulneribus capitis, cũ Vidi Vidij in singulos libros commentario. de Fracturis cum 3. Galeni commentariis. De articulis cum 4. eiusdem commentariis. de officina Medici cum 3. eiusdem commentariis. Galeni liber de fasciis. Oribasij de laqueis & machinamentis, quæ ipse tr. Ex eiusdem fragmentis VIDVS VIDIVS ex fratre Nepos partem primam Methodi generalis collegit & edidit Florentiæ 4. 1587. chartis 30. de Curatione generali partem secundam 4. Venetiis 1586. Nescio an eius glossemata in omnes Hippocratis & Galeni libros edita sint.

VIEMON Chymista (vt videtur) citatur in libro senioris Zadith.

VINCENTIVS BELLVACENSIS, vide infrà inter recentiores scriptores Rei Herbariæ.

VINCENTII CALZAVELIAE Medici Brixiani Tractatus de Theriacæ abusu in febribus pestilentialibus. Brixiæ anno 1570. in 4. & 1580.

VINCENTII de SONFHEIM, liber de virtutibus aquę vitæ. Vindiciani Comitis archiatrorum librum de expertis remediis, ad Valentinum Imp. Marcellus trãstulit in suum, de quo suprà: & Vindiciani præfationem ab initio apposuit.

VITALIS à FVRNO, olim Cardinalis, pro conseruanda valetudine ad totius humani corporis morbos remediorum liber, excusus Moguntiæ in folio. Claruit 1310.

VLYSSES ALDROVANDVS Bononiensis, cœpit doctissima Commẽtaria in totum Dioscoridem scribere, quem aliquot annis Bononiæ interpretatus est: quæ an absoluta sint, nescimus.

VOLCHERI COITER Frisij Groeningẽsis, Reip. Norimbergensis, Medici, Physici, & Chirurgi insignis, Externarum & internarum principalium humani corporis partium tabulæ, atque anatomicæ exerçitationes, nouis & artificiosis figuris illustratæ. Norimberg. 1572. in folio. Eiusdem studio Lectiones G. Fallopij de partibus similaribus humani corporis collectæ

lectæ. His accessere diuersorum animali. Sceletorum explicationes iconibus artificiosis & genuinis illustratæ. Norimbergæ folio in officina Theodorici Gerlachij 1580

VVENDELINVS HACK de Braheman, scripsit Tractatum de causis præseruatiuis, regimine & cura luis Venereæ, cui titulum fecit Mentagra. de Vlceribus hunc morbũ vt plurimùm consequentibus curandis.

VVOLFGANGVS HALLERVS Tigurinus libros sex Iacobi Rueff de conceptu & generatione hominis, & iis quæ circa hæc accidunt, ex Germanica lingua in Latinam trãstulit. Tiguri Froschouerus excudit 1554.

VVOLFGANGVS TALHVSER vnà cum aliis Augustanæ Reipub. Medicis libellum de peste edidit.

VVOLFGANGVS VVINTERGER, Medicus in Kreimbs, vrbe Germaniæ, edidit Tractatum de Thermis: qui posteà per GEORGIVM VVAGNER Germanicè redditus, excusus est Argentinæ 1512. in 4. chartis 5.

X

XENOCRATES Aphrodisiensis, homo curiosus & magicæ vanitatis non expers, condidit antiphrasin super diuersis & peregrinis stirpium nominibus. Galenus. idem fortè est quem Plinius inter Medicos citat libro 20. & decem sequentibus.

XENOCRATES Medicus clarissimus, doctissimos in arte Medica libros conscripsit, ex cuius voluminibus Plinius in 21.22.23.24.25. 26.27.28.29.30.33.34. & 35. Naturalis Historiæ infinita mutuatus est.

Z

ZABITH senioris filij Hamuelis de Chemia liber, impressus in 8. chartis 8.

ZENO Cyprius Medicus Oribasij præceptor, laudatur ab Eunapio.

ZENO Medicus Herophilius intelligentiæ acumine potiùs quàm scriptura clarus: Laertius. Galenus eum citat de diff. pulsuum lib. 4. cap. 8.

ZIMEON Chymista citatur ab Hortulano.

ZOAR cuiusdam libellus de cura calculi impressus Venetiis 1497. cum Rasi ad Almansorem, &c.

FINIS.



ALTERA PARS

BIBLIOTHECAE MEDICAE,

Continens aliquot Appendices, illorum nimirum Catalogum, qui speciatim & ex professo hucusq; scripserunt:

In Medicina aliquid sermone Gallico.
in Medicina aliquid sermone Germanicè:
in Hippocratem.
in Aphorismos Hippocratis.
in Galenum.
in Auicennam.
in Dioscoridem.
de Re Chirurgica.
de Re Anatomica.
de Re Herbaria.
Pharmacopœas.
Practicas medendi vulgò dictas:
Consilia Medica.
de Peste.
de Lue Venerea.





ORNATISSIMIS ET DOCTISSIMIS VIRIS PETRO & IOANNI RAFFVSIIS Pictonibus Gallis, Fratribus germanis, & Consobrinis colendissimis, Medicinæ Doctoribus, eamq; in patria feliciter exercentibus,

PASCHALIS GALLVS, Picto, S.

SExtus iam agitur annus, Viri amantissimi, à quo, vt nostis, à vobis in has peregrinas Regiones cultiorum literarum addiscendarum causa concessi: quo quidem tempore quàm iucundam in animo meo vestri conseruarim memoriam, voluissem sanè reipsa, & frequenter testatum reddere, attamen sicuti,

——— ἐν δὲ χρόνῳ

μεταβολαὶ, λήξαντος οὔρου, ἱστίων,

ait Pindarus, quid mirum si cessante illa pa-

tis almæ aura, & urgente belli tetrici tempore, tantisper voti explendi occasiones subreptæ? Mitius certè, quod commune, Malum, si, quod perhibent Philosophi, Bonum sit præstantius, quod magis vulgare. Itaque fidem atque constantiam animi nostri constantem adhuc & firmam credite: En, ut confidentiùs loquar, nostræ erga vos beneuolentiæ & obseruantiæ aliquod testimoniũ, quod leuidense quidem apparere agnosco, graue tamen existere: Vobis enim non me modò, sed omnia mea studia & conatus in perpetuum esse dicata, iterum pollicetur, imò spondet. Alteram igitur meæ huius Bibliothecæ Medicæ partem, vos Medici elegãtissimi & humanissimi, pro vestra illa humanitate, vestro nomini inscriptam, obsecro, recipite, suscipite & tueamini: vos denique cum præclarissimis vobisq;, fama, scio, notissimis huius urbis Medicis hîc à me libenter coniungi patiamini. Basileæ Heluetiorum, Idibus Martij 1590.



APPEN-

APPENDIX GALLICA, SEV CATALOGVS EORVM, QVI AD ANNVM vsq; 1584. aliquid in Medicina Gallico sermone ediderunt: q̃ ex vniuersali FRANCISCI à CRVCE CENOMANA Bibliotheca Gallica, folio edita Lutetiæ 1584. apud Abelem Angelerium, collegimus.



ADRIANVS LALEMANTIVS composuit Dialecticam Gallicã pro Chirurgis & Barbitonsorib. Lutet. apud Thom. Richard 1553. vide infrà PET. BERTRANDVS.

ALEXAN. DIONYSIVS Chirurgꝰ Vandomensis 1581. scripsit tractatũ aut respõsionem ad quęstioné propositã ab Angarone & Martello Chirurgis R. Nauarræ, decisam à L. Iouberto D.M Burdegalæ & Lutetiæ, apud Ioan. Parent 1581.

ALEXANDER TORRETVS aut TOVRETTVS, Nobilis Paris. &c. scripsit tractatũ de admirabilibus virtutib. auri potabilis, Apologiã Alchymię (his aũt libellis respõdit Iac. Gohorry Paris.) Lug. & Lut. 1575. apud Ioã. de Lastre.

AMBROSIVS PAREVS primariꝰ Chirurgꝰ Regum Caroli 9. & Henr. 3. varios tractatus de Chirurgia edidit, Anatomiã capitis, de peste,

Mũmia, venenis, lepra, &c. separatim olim excusos, iam vno volumine cum figuris apud Gabrielem Buon Lutetiæ 1579. & 1584.

AMBROSIVS SERGEANT protonotarius sedis Apostolicę tr. è Latino sermone in rhythmos Gallicos tractatum de peste AITLAE Medici Græci 1516.

ANDREAS du BREIL Andegauus, M.D. scripsit librum de politeia, & scientia Medica Lutetiæ 1580.

ANDREAS MALESIEV Chirurgus Parisiensis tr. è Latino sermone in Gallicum 6. libros Stephani Gourmelan Chirurgi, Lutetiæ apud Nicolaum Chesneau 1571.

ANDREAS VESALIVS vide, IACOBVS GREVINVS.

ANTONIVS DEMERY Picardus D.M. scripsit Antidotum aut remedium cõtra pestem, Lutetiæ apud Galiot du Prê 1545.

ANTONIVS MIZALDVS Medicus Parisiensis, Bourbonius scripsit Hortum Medicũ Lutetiæ 1578 Secreta singularia contra pestẽ Lutetiæ 1562. Nouam rationem qua quis vniuscuiusq. temperamentũ sola frontis inspectione dignoscere posſit, Lutetiæ 1578. quæ Latinè scripserit, suo loco habes.

ANTONIVS du MOVLIN tr. Marcelli librum de morbis, Lugduni apud Ioannem Tournæsium 1582. Latinè & Gallicè scripsit librum de Temperamentis multorum hominum, Lugduni, recognouit librum Alchymię inscri-

inscriptũ, Fontem scientię amatorum, conscriptum à Ioan Fontano de Valentiennes. transtulit in Gallicũ Ioan. de Rupescissa de virtutibus & proprietatib. quintæ essentiæ omniũ rerum Lugduni 1581. Vbi florebat 1547.

ANTONIVS PETRVS Narbonensis, Iuris Licentiatus tr. è Latino in Gal. Regimen sanitatis, & victus rationem, maximè tempore pestis, additis annotationibus 1544. quo tempore florebat Pictauiis.

ANTONIVS du PINET, vel PIGNET, tr. Historiam Mundi Plinij. Lugduni apud Carolũ Pesnot: & Commentarios P. Andreæ Matthiolii in Dioscoridem, Lugduni apud Gabrielem Cotier 1566. item Leuini Lemnij Secreta Naturæ Lugduni 1567. post ipsum tamen Iacob. Gohorry transtulit.

ANTONIVS VALETIVS Medicus aliquot libros è Græco & Latino sermone in Gallicũ transtulit.

B

BALTHASAR du HVVAL Chirurgus Parisiensis scripsit tractatũ de peste, Lutetiæ apud Claudium de Montrœil 1583.

BENEDICTVS TEXTOR scripsit Latinè de præseruatione pestis eiusdemque curatione ex probatis autoribus, quem librum etiam Gallicè transtulit Lugduni apud Ioan. Tournæsium 1551.

BERNARDVS ABBATIA Tolosanus, Medicus, I.C. Philosophus & Mathematicus magnum Herbarium ad imitationem L. Fuchsij scripsit, quod nondum excusum est. florebat Lutetiæ 1583.

BARTHOLOMAEVS ANEAV (Annulus) Biturix tr. Euonymum, seu de Secretis remediorum Conr. Gesneri. Lugduni apud Balthazar Arnoulet 1555.

BARTHOLOMAEVS CABROL Chirurgus Monspessulensis Regius emisit in lucem alteram partem Errorum vulgi in Medicina L. Iouberti, Lutetiæ apud Abelem Angelerium 1579. & Lucam Breyer. & eodem anno, ibid. Epistolam Apologeticam pro L. Iouberto.

C

CAROLVS STEPHANVS Parisiensis frater Roberti. Anatomiam corporis humani conscripsit tribus libris Lutetiæ apud Simonem de Colines. obiit Lutetiæ 1564.

CAROLVS NEPOS Aphorismos Chirurgiæ scripsit & edidit.

CHRISTOPHORVS LANDREVS vel Landrinus, Aurelianensis, scripsit de Alchymia, Oecoiatriam, hoc est, tractatum secretorum domesticorum ex Dioscoride, Galeno & aliis, excusum 1576. cum Secretis Alexij Ped.

CLAVDIVS DARIOT Burgundus scripsit libellū de præparatione medicamentorū, cur nimirum

pimiră, & quomodo parari debeant, &c. Lugduni apud Carolum Pesnot 1582.

CLAVDIVS FABRY Medicus scripsit Paradoxa de curatione pestis, methodo breui, contra opinionem illorum, qui de ea aliquid scripserunt. Lutetiæ apud Nicolaum Chesneau 1568.

CLAVDIVS LANCELOT Chirurgus Monspeliensis 1578. quædam opuscula L. Iouberti edidit, præfixis epistolis & præfationibus.

CLAVDIVS MARTINVS 6 præcipuos libros Methodi Therapeuticæ Galeni, & secundum ad Glauconem transtulit in Gallicum & edidit.

CLAVDIVS PVISSART peritissimus pharmacopœus, & laudatus à Champegio, vide an aliquid ediderit.

CLAVDIVS VALGELAS D.M. tr. Hieron. Montui librum de conseruanda & producenda vita. Lutetiæ apud G. Chaudiere 1572.

D

DOMINIQVVS REVLIN Burdegalensis Antilogias scripsit ad L. Iouberti Errorum vulgi libellum & alios. Lutetiæ & Burdegalæ.

E

ELEBRANS scripsit tractatum de conseruanda valetudine, quem manuscriptum

in membranaceis 36. foliis habet Dom. de la Croix author Bibliothecæ Gallicæ.

ELOY MAIGNAN Medicus Parisiensis transtulit Commentarios L. Fuchsij de re Herbaria, Lutetiæ.

ERVE FAYARD omnia Galeni opera Gallicè reddidit. lib. autē eiusdē de facult. simplicium medicamentorum cum Commentariis L. Fuchsij ab eodem Fayardo trāslatis excudit Guilelmus de la Noaille 1548. apud Lemouicensium metropolin.

ESAYAS le LIEVRE Picardus Veromanduus scripsit librum quē Epidiomachiam siue certamen pestis cum administratione politica Lutetiæ apud Robertum Colombez 1582. Tabulas item rerum Naturalium & præternaturalium, ibidem cum eodem tractatu de peste.

F

FEDERICVS IAMOTVS Picardus è Græco in Gallicum transtulit tractatum de Podagra, Lutetiæ apud Philippum de Rouille 1567. & apud Galiot du Pré 1573.

FEDERICVS MORELIVS Parisiensis tr. Galeni librum de parua pila. floret Lutetiæ.

FRANCISCVS MARTEL Chirurgus Regis Nauarræ scripsit de curatione vulnerum à bombardis inflictorum, & aliorum. florebat 1577.

FRANCISCVS ROVSSETVS scripsit de

partu

partu Cæsareo, Lutetiæ apud Dionysium du Val 1581. qui liber translatus est à Cl. Gaspa-ro Bauhino Basiliense Medico. Basileæ 4. & 8. apud Conr. Vvaldkirch.

G

GASPAR vel GAZAL du Tronchay scripsit rhythmis Gallicis de sanitate tuenda versibus 1208. libellum nondum excusum. de eadem re latinè quoque scripsit.

GEOFRIDVS LINOCIERVS collegit ex Gesnero & aliis Historiam simplicium ex Indiis allatorum, quadrupedum animalium, auium, piscium, serpētum, & de distillat. aquarum & oleorum, Lutetiæ. 1. volumine apud Carolum Macé 1584.

GERARDVS FRANCISCVS M.D. versibus Gallicis libros 3. de sanitate tuenda scripsit. Lutetiæ apud Ioan. Richet 1584.

GVILELMVS d'ASSONVILLE M. D. tractatum edidit de febribus pestilentibus, & aliis morbis Epidemicis. Lutetiæ apud Renatum Aprilem 1546.

GVILELMVS CHRISTIANVS Aurelianensis tr. Hippocratis lib. de Genitura hominis, & tractatum Iacobi Syluij de mensibus muliebribus, &c. Parisiis apud Guilelmum Morellium. Eiusdem philalethes, de erroribus quibusdam anatomicis quarundam partium

corporis humani, correctis secundùm sententiam Galeni, Aureliis 1536. & Lugduni eodem anno. Florebat 1550. idem Galeni libros 7. Methodi medendi transtulit, Parisiis apud Dionysium Ianot.

GVILLELMVS des INNOCENS Chirurgus Tolosanus, tr. Laurent. Ioub. tractatum de peste, & quædam edidit de paralysi, Geneuæ apud Ioan. Lertout 1581.

GVILELMVS PARADINVS Burgundus, Canonicus, tr. L. Fuchsij Institutiones Medicas, Lugduni apud Ioan. de Tournes 1552. florebat 1563.

GVILELMVS PVTEANVS quædam Gallicè etiam scripsisse fertur.

I

IACOBI AVBERTI Vindonis libellus de Temperamentis, eorumque dignotione, &c. Lutetiæ apud Viduam Petri du Pré 1572.

IACOBVS d'AVGARON Chirurgus Regis Nauarræ quædã scripsit de curatione sclopetariorum vulnerum, & aliorum.

IACOBVS DALECHAMPIVS Normanus autor est Chirurgiæ Gallicæ dictæ. tr. Galeni lib. de vsu partium.

IACOBVS FONTANVS scripsit de viribus Cœli in hæc inferiora, maximè de influxu cõtra Astrologos Iudiciarios, adiecta est disputatio de Elementis contra Paracelsistas. Lutetiæ

tiæ apud Gillium Gourbinum 1581.

IACOBVS GOHORRY Parisiensis tr. Leuini Lemnij libros de occultis Naturę miraculis Lutetiæ apud Petrum du Pré 1567. scripsit Apologiam ad Alexandrum Torrentinum de secretis Chymicis, & auro potabili, pro defensione veteris Philosophiæ & Medicinæ, contra nouam Paracelsisticam (hic autem liber prodiit sub L. S. S. hoc est sub nomine Leonis Suauij Solitarij, quod aliquádo sibi imponebat) Lutetiæ apud Ioan. de l'Astre. 1575. item de proprietatibus herbæ Petum, h. e. Hyoscyami Peruuiani, & radicis Mechoachan, Lutetiæ apud Ioan. Parent 1580. Obiit Lutetiæ 1576.

IACOBVS GREVINVS Picardus, transtulit carmine Gallico Nicandri opera, & Anatomiam A. Vesalij, Lutetiæ apud Andream Vvechelum 1569. libros 2. de Venenis elegantissimos scripsit, qui extant excusi Gallice, & Latinè apud Plantinum Antuerpiæ. eiusdem tractatus de Antimonio, cum Apologia ad Lud. Launæum Medicum Rupellanum. Lutetiæ apud Iacobum du Puis 1567. Obiit circa annum 1570.

IACOBVS GVILELMEAV Aurelianensis Chirurgus Parisiésis scripsit methodicam diuisionem & enumerationem partium corporis humani in 6. tabulas redactam, Lutetiæ apud Ioan. Charron 1571.

IACOBVS HOLLERIVS Stempanus quædam Gallicè scripsit in Medicina, & Practi-

cam Chirurgicam.

IACOBVS PELLETERIVS Cenomanus quædam in Medicina gallicè scripsisse dicitur.

IACOBVS VEIRAS tractatum edidit de Chirurgia, seu de ratione curãdi vulnera sclopetarum, Lugduni apud Barth. Vincentium 1581.

IOANNES le BON Hetropolitanus scripsit epitomen de proprietate Balneorũ de Plommieres in Lotharingia: transtulit Galeni librum, Quod animi mores, &c. Lutetiæ apud Guil. Guillard 1556.

IOANNES de BOVRGES Medicus Parisiensis transtulit Hippocratis librum de Natura humana.

IOANNES BRECHE cõtraxit in Epitomen tres priores libros Galeni de cõpositione medicamentorum secundùm genera: Aphorismos Hippocratis transtulit, & Commentarium Galeni in primum librum, Lutetię apud Iacob. Keruer 1552.

IOANNES CANAPE Medicinæ D. & Chirurgię professor Lugduni 1542. transtulit Galeni lib. de simplicibus medicamentis. lib. de Motu Musculorũ, Lutetiæ apud Dionysium Ianot 1541. Ludouici Vassæi corporis humani Anatomiam è Latina Gallicam fecit, Lugduni apud Ioan. Tornæsium 1542. Annotationes addidit ad præfationem Chirurgiæ Guil. de Cauliaco, &c. transtulit quoque Galeni librum de ossibus, Lugduni apud Ioannem Stra-

Seratium 1583. florebat 1540.

IOANNES des CAVRES Gymnasiarcha Ambianus edidit libellum de sanitate tuenda.

IOANNES EVSEBIVS Bourbonius, Medicus Monspessulensis edidit libellum de scientia ex pulsibus, à quibus optima signa de morbis petuntur, Lugduni apud Ioannem Sangrain 1568.

IOANNIS FELOTI Andegauensis Tabulas Medicinæ Latinè & Gallicè expectamus.

IOANNES FONTANVS, scripsit librum Alchymiæ, quem inscripsit Fontem scientiæ cupidorum: recognitus ab Antonio du Moulin prodiit Lugdu. apud Ioan. Tornæsium 1547. & Lutetiæ apud Guil Guillard 1561.

IOANNES LIEBAVTIVS Diuionẽsis, Medicus Parisiensis scripsit librũ de morbis muliebribus, Lutetię apud Iacobũ du Puis. Casp. Vvolphij Tigurini libr. 4 de secretis Medicinæ tr. Lutetiæ 1571. floret Lutetiæ 1584. Cum Dispẽsatorio Cordi Gallico habetur eius Tractatus de distillationibus Aquarum.

IOANNES LIEGE scripsit de ratione victus in febribus, Lutetiæ apud Michaelem Vascosanum 1557.

IOANNES des MOVLINS Medicinæ Doctor, Petri Andreæ Matthioli Commentarios in Dioscor. tr. Lugduni anno 1572. apud Gulielmum Rouillium: translatio autem hæc melior est Antonij du Pinet.

IOANN. PAVLI ZANGMAISTERI Augu-

stani nomine, libri L. Iouberti de Risu circumferuntur Gallici, quos tamen L. Ioubertum ipsum Gallicè scripsisse constat: edidit autem sub illius nomine certo consilio.

IOANNES RAOVL, aliàs RADVLPHVS vel RODVLPHVS, Chirurgus collegit flores & sententias ex Guid. de Cauliaco Chirurgo: Lugduni apud Ioan. Fouyart 1547.

IOANNES RIVIERE Petri Gorræi formulas Remediorum transtulit, Lutetię apud Robertum le Magnier 1581.

IOANNES de STARACH Vasco, tr. Galeni librum de boni & mali succi libris, Lutetiæ à Vincentio Sertenas 1553. Florebat Lutetię anno 1552.

IOANNES THIBAVLT Francisci I R. Medicus edidit Thesaurum Remediorum præseruatiuorum, & curationis pestis, & aliarum febrium pestilentium, item de causis podagræ, de remediis Epilepsiæ, Apoplexiæ, Pleuresis, & quid perfectum Medicum scire conueniat: Lutetiæ 1544. quo tempore circiter obiit.

ISAACVS IOVBERTVS Menspessulensis Laurētij F. patris Paradoxa duo Gallica fecit, nempe Decadis 1. parad. 2. Rationi consonum esse, quosdam ἀσίτους, hoc est, à cibo abstinentes, per multos non solùm dies, sed & annos viuere posse. & Decadis 2. vltimum, Venena in certum diem exhiberi non posse, neque certis occidere temporibus, Lutetiæ cum secunda parte errorum vulgi L. Iouberti apud Abelem

L'An-

l'Angelier 1579. Florebat Lutetiæ 1584. ætatis circiter 20. Faxit Deus vt summi patris laudatissimus filius diu superstes viuat.

IVLIANVS DAVID du PERRON Normannus quædam scripsit de fontibus, eorumque origine & secretis, præterea de podagra tractatum ita eruditũ, vt omnes Medicos in hac materia longè superauerit, & alia quædam, quæ tamen nondum edita sunt. Obiit Lutetiæ 1583. anno ætatis circiter 55.

I. le PAVLMIER M D. scripsit de præseruatione & curatione pestis, Cadomi apud Petrum le Chandelier 1580.

L

LAVRENTIVS IOVBERTVS Valentinus Medicus clarissimus conscripsit 30. libros Errorum vulgi in Medicina diuisos in sex partes, quorum sex excusi sunt Burdegalæ apud Simeonem Millangium 1578. altera autẽ pars prodiit Lutetiæ apud Lucam Breyer, & Abelem l'Angelier 1579. Eiusdem tractatio de vulneribus sclopetarum, & eorum curatione, Lutetiæ 1570. de Risu, nempe de eius essentia, causis & mirificis effectis, item causa moralis Risus Democriti, explicata per Hippocratem, Lutetiæ apud Nicolaũ Chesneau 1579. Quæstio problematica de oleis, Geneuæ 8. apud Iacobum Stoer. Censura opinionum quarundam de decocto ad Sclopetas, &c. ibid. 1578. Obiit 1582.

X

LVDOVICVS BERTRAVAN scripsit Apologiam pro Laurentij Iouberti Erroribus vulgi, quę in horum altera parte excusa extat.

LVDOVICVS de LAVNAY, (Launæus) Medicus Rupellanus scripsit de facultatibus Antimonij, contra quem Greuinus scripsit libro 2. de venenis cap. 24.

LVDOVICVS REGIVS Normannus, professor Regius Lutetiæ transtulit Hippocratis lib. de aere, aquis, & locis.

M

MARINVS le FEVRE Chirurgus ex Latino Gallicum fecit tractatum de mirabili effectu duorum fontium in Sylua Ardenniana, & ratione vtendi aqua illorum in variis morbis. Lutetiæ 1577.

MARTINVS GREGORIVS tr. Galeni 7. libros de composit. medicamentorum.

MICHAEL DVSSEAV edidit Enchiridion Myropoliorũ Lug apud Io. Tornæsium 1561.

MICHAEL NOSTRADAMVS Astrologus celebris tr. Galeni orationẽ suasoriã ad artes, Lugd. apud Ant. du Rosne 1557. scripsit itidẽ de decoratione humani corporis, & de omnis generis fructib artificiosè cõdiẽdis & cõseruãdis.

MICHAEL de S. PETRO Chirurgus Ducis Lotharingiæ tab. Anatomicas corporis humani Methodicè conscripsit, quæ excusæ sunt cum Guillelmianis 1571. Lutetiæ à Gallioto du Pré & Ioan. Charon.

NICO-

N

NICOLAVS GODINVS M. D. Practicam Chirurgicā Francisci de Vigo transtulit, Lutetiæ 1531. & Lugduni.

NICOLAVS de GRAND Parisiensis, M. D. celeberrimus scripsit aliquot Cōsilia Gallicè, quæ nondum excusa.

NIC. HOVEL, vel HOEL, edidit tractatū de peste, in quo de ipsius causis, signis, præseruatione, curatione, & electuario de Ouo, quo olim vtebatur Imp. Maximil. luculenter disseritur: Lutetiæ à Galioto du Pré 1573. in 8 chartis 5. Tractat. de Theriaca & Mithridatico, in quo variæ quæstiones generales & speciales, & examē omnium simpl. medicament. ingredientium, vt vocant, Lutetiæ ibid. in 8. chartis 20. 1573. floret Lutetiæ.

NICOLAVS de HOVSSEMAINE D. Andegauensis scripsit Regimen contra pestem.

NICOLAVS de NANCEL Picardus, emisit luculentum tractatum de peste in 3. libros digestum, Lutetię apud Dionysium du Val 1581. in 8. chartis 24. hunc autem valde commendat Ambrosius Pareus in suo libello de peste: floret apud Turonenses.

NICOL. POGET Chirurgus eximius edidit breuem Apologiam pro L. Iouberto.

NICOLE de HAVLTPAS, scripsit de contemplatione humanæ naturæ, nempe de formatione fœtus in vtero Lutetiæ apud Michaëlem Vascosanum 1555. in 8. chartis 3.

P

PHILEBERTVS BRETINVS Burgundus Chirurgiam Guidonis de Cauliaco ab erroribus repurgauit. Aphoris. Hipp. Gallicos fecit, nescio an excusos. promittit Pandectas Medicinę collectas ex Gręcis, Arabicis, Latinis,& Gallicis authorib. floret in patria.

PETRVS ANDREAS Chirurgus Pictauiensis scripsit de præparatione Antimonij, & eius facultatibus item de Dysenteria eiusque curatione Pictauis 1563.

PETRVS BELONIVS Cenomanus, Medicus Parisiensis vir de literis singulariter meritus, inter cætera, scripsit libellum de Neglecta stirpium Cultura, atq; earum cognitione, edocentem qua ratione syluestres arbores cicurari & mitescere queant, Lutetiæ apud Gillium Corrozet 1558. in 8. chartis 12. cum Latinū fecit Carolus Clusius 8. Antuerpię 1589. Dioscoridem tr. & annotationibus illustrauit, vt meminit in Epistola Obseruationibus suis præfixa, nondum autem excusum est opus, vti neq; Theophrastus de Plantis, quem Gallicū fecit.

PETRVS BERTRANDVS Medicus apud Aquitanicos cōscripsit Dialecticam Gallicam in vsum Chirurgorum Lutetiæ 1571. apud Dionysium du Pré. vide suprà ADRIANVS LALEMANTIVS.

PETRVS BRAILLIER Pharmacopœus edidit tractatum de abusu & ignorantia Medicorum,

corum, qui est Apologia ad Lisetum Benancium Medicum, qui Pharmacopœorum fraudes libello edito detexerat. Rotomagi apud Thomam Mallard 1557. & Lugduni apud Michaelem Ioue. & alios.

PETRVS CHAPELAIN Chirurgus Cenomanus scripsit de præseruatione pestis Cenomani 1551. à Dionysio Gaignot. florebat 1582.

PETRVS COVDEMBERGIVS Pharmacopœus Antuerpiensis Val. Cordi dispensatoriũ Gallicum reddidit, & annotationibus illustrauit. Antuerpiæ apud Plantinum, Lugduni apud Rouillium 1575. & alios.

PETRVS de la FOREST Medicus Monspessulensis quendam Tractatum de curatione Calculi, & de proprietate aquarum Gallicum reddidit.

PETRVS FRANCO vel FRANCONE Chirurgus apud Auriacos scripsit de Herniis, calculo, ophthalmia, &c. Lugduni 1561. apud Thibault Payen in 8. chartis 36.

PETRVS HASSARDVS transtulit Aureoli Theophr. Paracelsi libellum de peste Antuerpiæ Christoph. Plantinus 1571. excudebat. & Chirurgiam 8. ibidem.

PETRVS de TVXIGANES Medicus Parisiensis scripsit de Regimine sanitatis.

PETRVS TOLETVS Medicus Lugdunensis transtulit librum 6. Pauli Æginetæ, Galeni lib. 2. de tumoribus præter Naturam, de curatione per Phlebotomiam, Lugduni excude-

bat Stephanus Doletus 1540. Tractatum Latinum de facultatibus radicis Mechoacham, Lugduni apud Michaelem Ioue 1572. florebat 1540.

R

RENATVS BRETONNAYAV Andegauensis carmine Gallico libellum Æsculapij nomine conscripsit nondum editum. de Generatione hominis tractatum elegantem & multis obseruationibus raris refertum, Lutetiæ apud Abelem l'Angelier 1583. in 4.

RENATVS THIONEAV M.D. edidit miraculosam historiam fœtus in vtero 23. menses gestati, apud Turonenses 1580. vbi floret.

ROC le BAILLY Dominus de la RIVIERE, Normannus, edidit in lucem Demosterion, hoc est 300. Aphorismos Latino Gallicos, qui continent summam doctrinæ Paracelsisticæ excusum 1578. in 4 chartis 25. Tractatum de Peste, Carbone, & Pleuresi, Lutetiæ apud Abelem l'Angelier 1580. Primum tractatum de homine, & eius essentiali Anatomia, & Elementis, morbis, remediis ex tincturis auri, coralliis, Antimonio, & gemmis extractis, Lutetiæ ibidem 1580 in 8. chartis 7 Secundus Tractatus in quo de motu hominis agit, nondum excusus est: vti neque liber de Rerum naturalium Signaturis seu Characterismis. Responsio eius

sio eiusdem ad Quæstiones propositas à Medicis Parisiensibus & excusas Parisiis 1579. apud Petrum l'Huillier, ibidem eodem anno. florebat 1584.

S

SEBASTIANVS COLINVS Medicus apud Pictones Alex. Tralliani vndecimum librũ qui est de Podagra, transtulit, & quarundam difficilium vocum explicationem addidit. Antonij item Gaynerij Latinam Methodum medendi podagræ Gallicam fecit, & variis rebus illustrauit, Pictauis apud Enguilbertum de Marnef 1556. Rasis librum de peste Gallicè quoque transtulit ibidem 1566. cum Epitome eiusdem Colini curandæ pestis, & tractatu de regimine vitæ. florebat 1556.

SIMON de PROVANCHIERES Medicus Senonensis tractatum edidit de fœtu in vtero matris 28 annos contento Senoni apud Ioannem Sauine 1582. transtulit idem Ioannis Albosij Medici Senonensis Lithopædion, opinor illum tractatum hunc eundem esse.

SIMON de VALLAMBERT Burgundus scripsit Thesaurum pauperum, de nutritione infantium in quinque libros digestum, Pictauis apud Marnef. Quædam etiam in Chirurgia, Lutetiæ à Vascosano excusa anno 1558.

bat Stephanus Doletus 1540. Tractatum Latinum de facultatibus radicis Mechoachan, Lugduni apud Michaelem Ioue 1572. florebat 1540.

R

RENATVS BRETONNAYAV Andegauensis carmine Gallico libellum Æsculapij nomine conscripsit nondum editum. de Generatione hominis tractatum elegantem & multis obseruationibus raris refertum, Lutetiæ apud Abelem l'Angelier 1583, in 4.

RENATVS THIONEAV M.D. edidit miraculosam historiam fœtus in vtero 23. menses gestati, apud Turonenses 1580. vbi floret.

ROC le BAILLY Dominus de la RIVIERE, Normannus, edidit in lucem Demosterion, hoc est 300. Aphorismos Latino Gallicos, qui continent summam doctrinæ Paracelsisticæ excusum 1578. in 4 chartis 25. Tractatum de Peste, Carbone, & Pleuresi. Lutetiæ apud Abelem l'Angelier 1580. Primum tractatum de homine, & eius essentiali Anatomia, & Elementis, morbis, remediis ex tincturis auri, corallijs, Antimonio, & gemmis extractis, Lutetiæ ibidem 1580 in 8. chartis 7. Secundus Tractatus in quo de motu hominis agit, nondum excusus est: vti neque liber de Rerum naturalium Signaturis seu Characterismis. Responsio eius

[illegible]

S[illegible]
[illegible] qui est [illegible]
[illegible]
de Marnef [illegible]
[illegible]

SIMON [illegible] Senonen[illegible]
[illegible] Simon [illegible]
[illegible] tractatu [illegible]

SIMON de V[illegible] dus scripsit Thesaurum [illegible] tione infantis [illegible] Pictauis apud Marnef. Quinetiam [illegible] Chirurgia, Lutetiae à Vasca[illegible] no 1558.

S

corporis humani, correctis secundùm sententiam Galeni, Aureliis 1536. & Lugduni eodem anno. Florebat 1550. idem Galeni libros 7. Methodi medendi transtulit, Parisiis apud Dionysium Ianot.

GVILLELMVS des INNOCENS Chirurgus Tolosanus, tr. Laurent. Ioub. tractatum de peste, & quædam edidit de paralysi, Geneuæ apud Ioan. Lertout 1581.

GVILELMVS PARADINVS Burgundus, Canonicus, tr. L. Fuchsij Institutiones Medicas, Lugduni apud Ioan. de Tournes 1552. florebat 1563.

GVILELMVS PVTEANVS quædam Gallicè etiam scripsisse fertur.

I

IACOBI AVBERTI Vindonis libellus de Temperamentis, eorumque dignotione, &c. Lutetiæ apud Viduam Petri du Pré. 1572.

IACOBVS d'AVGARON Chirurgus Regis Nauarræ quædá scripsit de curatione sclopetariorum vulnerum, & aliorum.

IACOBVS DALECHAMPIVS Normanus autor est Chirurgiæ Gallicæ dictæ. tr. Galeni lib. de vsu partium.

IACOBVS FONTANVS scripsit de viribus Cœli in hæc inferiora, maximè de influxu cōtra Astrologos Iudiciarios, adiecta est disputatio de Elementis contra Paracelsistas. Lutetiæ

tiæ apud Gillium Gourbinum 1581.

IACOBVS GOHORRY Parisiensis tr. Leuini Lemnij libros de occultis Naturę miraculis Lutetiæ apud Petrum du Pré 1567. scripsit Apologiam ad Alexandrum Torrentinum de secretis Chymicis, & auro potabili, pro defensione veteris Philosophiæ & Medicinæ, contra nouam Paracelsisticam (hic autem liber prodiit sub L. S. S. hoc est sub nomine Leonis Suauij Solitarij, quod aliquãdo sibi imponebat) Lutetiæ apud Ioan. de l'Astre. 1575. item de proprietatibus herbæ Petum, h. e. Hyoscyami Peruuiani, & radicis Mechoachan, Lutetiæ apud Ioan. Parent 1580. Obiit Lutetiæ 1576.

IACOBVS GREVINVS Picardus, transtulit carmine Gallico Nicandri opera, & Anatomiam A. Vesalij, Lutetiæ apud Andream Vvechelum 1569. libros 2. de Venenis elegantissimos scripsit, qui extant excusi Gallice, & Latinè apud Plantinum Antuerpiæ. eiusdem tractatus de Antimonio, cum Apologia ad Lud. Launæum Medicum Rupellanum. Lutetiæ apud Iacobum du Puis 1567. Obiit circa annum 1570.

IACOBVS GVILELMEAV Aurelianensis Chirurgus Parisiẽsis scripsit methodicam diuisionem & enumerationem partium corporis humani in 6. tabulas redactam, Lutetiæ apud Ioan. Charron 1571.

IACOBVS HOLLERIVS Stempanus quædam Gallicè scripsit in Medicina, & Practi-

cam Chirurgicam.

IACOBVS PELLETERIVS Cenomanus quædam in Medicina gallicè scripsisse dicitur.

IACOBVS VEIRAS tractatum edidit de Chirurgia, seu de ratione curádi vulnera sclopetarum, Lugduni apud Barth. Vincentium 1581.

IOANNES le BON Hetropolitanus scripsit epitomen de proprietate Balneorũ de Plommieres in Lotharingia: transtulit Galeni librum, Quod animi mores, &c. Lutetiæ apud Guil. Guillard 1556.

IOANNES de BOVRGES Medicus Parisiensis transtulit Hippocratis librum de Natura humana.

IOANNES BRECHE cõtraxit in Epitomen tres priores libros Galeni de cõpositione medicamentorum secundùm genera: Aphorismos Hippocratis transtulit, & Commentarium Galeni in primum librum, Lutetię apud Iacob. Keruer 1552.

IOANNES CANAPE Medicinæ D. & Chirurgię professor Lugduni 1542. transtulit Galeni lib. de simplicibus medicamentis. lib. de Motu Musculorũ, Lutetiæ apud Dionysium Ianot 1541. Ludouici Vassæi corporis humani Anatomiam è Latina Gallicam fecit, Lugduni apud Ioan. Tornæsium 1542. Annotationes addidit ad præfationem Chirurgiæ Guil. de Cauliaco, &c. transtulit quoque Galeni librum de ossibus, Lugduni apud Ioannem Stra-

Stratium 1583. florebat 1540.

IOANNES des CAVRES Gymnasiarcha Ambianus edidit libellum de sanitate tuenda.

IOANNES EVSEBIVS Bourbonius, Medicus Monspessulensis edidit libellum de scientia ex pulsibus, à quibus optima signa de morbis petuntur, Lugduni apud Ioannem Sangrain 1568.

IOANNIS FELOTI Andegauensis Tabulas Medicinæ Latinè & Gallicè expectamus.

IOANNES FONTANVS, scripsit librum Alchymiæ, quem inscripsit Fontem scientiæ cupidorum: recognitus ab Antonio du Moulin prodiit Lugdu. apud Ioan. Tornæsium 1547. & Lutetiæ apud Guil Guillard 1561.

IOANNES LIEBAVTIVS Diuionésis, Medicus Parisiensis scripsit librũ de morbis muliebribus, Lutetię apud Iacobũ du Puis. Casp. Vvolphij Tigurini libr. 4. de secretis Medicinæ tr. Lutetiæ 1571. floret Lutetiæ 1584. Cum Dispésatorio Cordi Gallico habetur eius Tractatus de distillationibus Aquarum.

IOANNES LIEGE scripsit de ratione victus in febribus, Lutetiæ apud Michaelem Vascosanum 1557.

IOANNES des MOVLINS Medicinæ Doctor, Petri Andreæ Matthioli Commentarios in Dioscor. tr. Lugduni anno 1572. apud Guilelmum Rouillium: translatio autem hæc melior est Antonij du Pinet.

IOANN. PAVLI ZANGMAISTERI Augu-

stani nomine, libri L. Iouberti de Risu circumferuntur Gallici, quos tamen L. Ioubertum ipsum Gallicè scripsisse constat: edidit autem sub illius nomine certo consilio.

IOANNES RAOVL, aliàs RADVLPHVS vel RODVLPHVS, Chirurgus collegit flores & sententias ex Guid. de Cauliaco Chirurgo: Lugduni apud Ioan. Fouyart 1547.

IOANNES RIVIERE Petri Gorræi formulas Remediorum transtulit, Lutetię apud Robertum le Magnier 1581.

IOANNES de STARACH Vasco, tr. Galeni librum de boni & mali succi libris, Lutetiæ à Vincentio Sertenas 1553. Florebat Lutetię anno 1552.

IOANNES THIBAVLT Francisci I R. Medicus edidit Thesaurum Remediorum præseruatiuorum, & curationis pestis, & aliarum febrium pestilentium, item de causis podagræ, de remediis Epilepsiæ, Apoplexiæ, Pleuresis, & quid perfectum Medicum scire conueniat: Lutetiæ 1544. quo tempore circiter obiit.

ISAACVS IOVBERTVS Menspessulensis Laurētij F. patris Paradoxa duo Gallica fecit, nempe Decadis 1. parad. 2. Rationi consonum esse, quosdam ἀσίτους, hoc est, à cibo abstinentes, per multos non solùm dies, sed & annos viuere posse. & Decadis 2. vltimum, Venena in certum diem exhiberi non posse, neque certis occidere temporibus, Lutetiæ cum secunda parte errorum vulgi L. Iouberti apud Abelem L'An-

l'Angelier 1579. Florebat Lutetiæ 1584. ætatis circiter 20. Faxit Deus vt summi patris laudatißimus filius diu superstes viuat.

IVLIANVS DAVID du PERRON Normannus quædam scripsit de fontibus, eorumque origine & secretis, præterea de podagra tractatum ita eruditũ, vt omnes Medicos in hac materia longè superauerit, & alia quædam, quæ tamen nondum edita sunt. Obiit Lutetiæ 1583. anno ætatis circiter 55.

I. le PAVLMIER M D. scripsit de præseruatione & curatione pestis, Caeni apud Petrum le Chandelier 1580.

L

LAVRENTIVS IOVBERTVS Valentinus Medicus clarißimus conscripsit 30. libros Errorum vulgi in Medicina diuisos in sex partes, quorum sex excusi sunt Burdegalæ apud Simeonem Millangium 1578. altera autẽ pars prodiit Lutetiæ apud Lucam Breyer, & Abelem l'Angelier 1579. Eiusdem tractatio de vulneribus sclopetarum, & eorum curatione, Lutetiæ 1570. de Risu, nempe de eius essentia, causis & mirificis effectis, item causa moralis Risus Democriti, explicata per Hippocratem, Lutetiæ apud Nicolaũ Chesneau 1579. Quæstio problematica de oleis, Geneuę 8. apud Iacobum Stoer. Censura opinionum quarundam de decocto ad Sclopetas, &c. ibid. 1578. Obiit 1582.

LVDOVICVS BERTRAVAN scripsit Apologiam pro Laurentij Iouberti Erroribus vulgi, quę in horum altera parte excusa extat.

LVDOVICVS de LAVNAY, (Launæus) Medicus Rupellanus scripsit de facultatibus Antimonij, contra quem Greuinus scripsit libro 2. de venenis cap. 24.

LVDOVICVS REGIVS Normannus, professor Regius Lutetiæ transtulit Hippocratis lib. de aere, aquis, & locis.

M

MARINVS le FEVRE Chirurgus ex Latino Gallicum fecit tractatum de mirabili effectu duorum fontium in Sylua Ardenniana, & ratione vtendi aqua illorum in variis morbis. Lutetiæ 1577.

MARTINVS GREGORIVS tr. Galeni 7. libros de composit. medicamentorum.

MICHAEL DVSSEAV edidit Enchiridion Myropoliorũ Lug apud Io. Tornæsium 1561.

MICHAEL NOSTRADAMVS Astrologus celebris tr. Galeni orationẽ suasoriã ad artes, Lugd. apud Ant. du Rosne 1557. scripsit itidẽ de decoratione humani corporis, & de omnis generis fructib artificiosè cõdiẽdis & cõseruãdis.

MICHAEL de S. PETRO Chirurgus Ducis Lotharingiæ tab. Anatomicas corporis humani Methodicè conscripsit, quæ excusæ sunt cum Guillelmianis 1571. Lutetiæ à Gallioto du Pré & Ioan. Charon.

NICO-

N

NICOLAVS GODINVS M. D. Practicam Chirurgicá Francisci de Vigo transtulit, Lutetiæ 1531. & Lugduni.

NICOLAVS le GRAND Parisiensis, M. D. celeberrimus scripsit aliquot Cósilia Gallicè, quæ nondum excusa.

NIC. HOVEL, vel HOEL, edidit tractatú de peste, in quo de ipsius causis, signis, præseruatione, curatione, & electuario de Ouo, quo olim vtebatur Imp. Maximil. luculéter disseritur: Lutetiæ à Galioto du Pré 1573. in 8 chartis 5. Tractat. de Theriaca & Mithridatico, in quo variæ quæstiones generales & speciales, & examé omnium simpl. medicament. ingredientium, vt vocant, Lutetiæ ibid. in 8. chartis 20. 1573. floret Lutetiæ.

NICOLAVS de HOVSSEMAINE D. Andegauensis scripsit Regimen contra pestem.

NICOLAVS de NANCEL Picardus, emisit luculentum tractatum de peste in 3. libros digestum, Lutetię apud Dionysium du Val 1581. in 8. chartis 24. hunc autem valde commendat Ambrosius Pareus in suo libello de peste. floret apud Turonenses.

NICOL. POGET Chirurgus eximius edidit breuem Apologiam pro L. Iouberto.

NICOLE de HAVLTPAS, scripsit de contemplatione humanæ naturæ, nempe de formatione fœtus in vtero Lutetiæ apud Michaelem Vascosanum 1555. in 8. chartis 4.

P

PHILEBERTVS BRETINVS Burgundus Chirurgiam Guidonis de Cauliaco ab erroribus repurgauit. Aphoris. Hipp. Gallicos fecit, nescio an excusos. promittit Pandectas Medicinę collectas ex Gręcis, Arabicis, Latinis, & Gallicis authorib. floret in patria.

PETRVS ANDREAS Chirurgus Pictauiensis scripsit de præparatione Antimonij, & eius facultatibus item de Dysenteria eiusque curatione Pictauis 1563.

PETRVS BELONIVS Cenomanus, Medicus Parisiensis vir de literis singulariter meritus, inter cætera, scripsit libellum de Neglecta stirpium Cultura, atq; earum cognitione, edocentem qua ratione syluestres arbores cicurari & mitescere queant, Lutetiæ apud Gillium Corrozet 1558. in 8. chartis 12. eum Latinū fecit Carolus Clusius 8. Antuerpię 1589. Doscoridem tr. & annotationibus illustrauit, vt meminit in Epistola Obseruationibus suis præfixa, nondum autem excusum est opus, vti neq; Theophrastus de Plantis, quem Gallicū fecit.

PETRVS BERTRANDVS Medicus apud Aquitanicos cōscripsit Dialecticam Gallicam in vsum Chirurgorum Lutetiæ 1571. apud Dionysium du Pré. vide suprà ADRIANVS LALEMANTIVS.

PETRVS BRAILLIER Pharmacopœus edidit tractatum de abusu & ignorantia Medicorum,

corum, qui est Apologia ad Lisetum Benancium Medicum, qui Pharmacopœorum fraudes libello edito detexerat. Rotomagi apud Thomam Mallard 1557. & Lugduni apud Michaelem Ioue. & alios.

PETRVS CHAPELAIN Chirurgus Cenomanus scripsit de præseruatione pestis Cenomani 1551. à Dionysio Gaignot. florebat 1582.

PETRVS COVDEMBERGIVS Pharmacopœus Antuerpiensis Val. Cordi dispensatoriũ Gallicum reddidit, & annotationibus illustrauit. Antuerpiæ apud Plantinum, Lugduni apud Rouillium 1575 & alios.

PETRVS de la FOREST Medicus Monspessulensis quendam Tractatum de curatione Calculi, & de proprietate aquarum Gallicum reddidit.

PETRVS FRANCO vel FRANCONE Chirurgus apud Auriacos scripsit de Herniis, calculo, ophthalmia, &c. Lugduni 1561. apud Thibault Payen in 8. chartis 36.

PETRVS HASSARDVS transtulit Aureoli Theophr. Paracelsi libellum de peste Antuerpiæ Christoph. Plantinus 1571. excudebat. & Chirurgiam 8. ibidem.

PETRVS de TVXIGANES Medicus Parisiensis scripsit de Regimine sanitatis.

PETRVS TOLETVS Medicus Lugdunensis transtulit librum 6. Pauli Æginetæ, Galeni lib. 2. de tumoribus præter Naturam, de curatione per Phlebotomiam, Lugduni excude-

bat Stephanus Doletus 1540. Tractatum Latinum de facultatibus radicis Mechoachan, Lugduni apud Michaelem Ioue 1572. florebat 1540.

R

RENATVS BRETONNAYAV Andegauensis carmine Gallico libellum Æsculapij nomine conscripsit nondum editum. de Generatione hominis tractatum elegantem & multis obseruationibus raris refertum, Lutetiæ apud Abelem l'Angelier 1583. in 4.

RENATVS THIONEAV M.D. edidit miraculosam historiam fœtus in vtero 23. menses gestati, apud Turonenses 1580. vbi floret.

ROC le BAILLY Dominus de la RIVIERE, Normannus, edidit in lucem Demosterion, hoc est 300. Aphorismos Latino Gallicos, qui continent summam doctrinæ Paracelsisticæ excusum 1578. in 4 chartis 25. Tractatum de Peste, Carbone, & Pleuresi, Lutetiæ apud Abelem l'Angelier 1580. Primum tractatum de homine, & eius essentiali Anatomia, & Elementis, morbis, remediis ex tincturis auri, corálliis, Antimonio, & gemmis extractis, Lutetiæ ibidem 1580 in 8. chartis 7 Secundus Tractatus in quo de motu hominis agit, nondum excusus est: vti neque liber de Rerum naturalium Signaturis seu Characterismis. Responsio eius

ſio eiuſdem ad Quæſtiones propoſitas à Medicis Pariſienſibus & excuſas Pariſijs 1579 apud Petrum l'Huillier, ibidem eodem anno. florebat 1584.

S

SEBASTIANVS COLINVS Medicus apud Pictones Alex. Tralliani vndecimum librũ qui eſt de Podagra, tranſtulit, & quarundam difficilium vocum explicationem addidit. Antonij item Gaynerij Latinam Methodum medendi podagræ Gallicam fecit, & variis rebus illuſtrauit, Pictauis apud Enguilbertum de Marnef 1556. Raſis librum de peſte Gallicè quoque tranſtulit ibidem 1566. cum Epitome eiuſdem Colini curandæ peſtis, & tractatu de regimine vitæ florebat 1556.

SIMON de PROVANCHIERES Medicus Senonenſis tractatum edidit de fœtu in vtero matris 28 annos contento Senoni apud Ioannem Sauine 1582. tranſtulit idem Ioannis Alboſij Medici Senonenſis Lithopædion, opinor illum tractatum hunc eundem eſſe.

SIMON de VALLAMBERT Burgundus ſcripſit Theſaurum pauperum, de nutritione infantium in quinque libros digeſtum, Pictauis apud Marnef. Quædam etiam in Chirurgia, Lutetiæ à Vaſcoſano excuſa anno 1558.

SIMPHORIANVS CAMPEGIVS Lugdunensis, Ducis Lotharingiæ illustris Medicus scripsit speculum Pharmacopolarum, Lutetiæ 1539. floruit 1515.

STEPHANVS COPPE transtulit opuscula quędam Guilelmi Gratatoli Bergomatis Medici, Lugduni.

STEPHANVS GOVRMELANVS Medicus Parisiensis, scripsit consilium ad Parisienses de præcauenda peste Lutetię apud Nicolaum Chesneau 1581.

STEPHANVS MAINALD tr. Guil. Rondeletij tractatum de lue Venerea Burdagalæ (vbi Medicinam docuit) apud Simonem Millangium 1576.

STEPHANVS de la RIVIERE Chirurgus Parisiensis, figuras corporis humani, earumque explicationem addidit Anatomiæ Caroli Stephani.

T

TANNEQVINVS GVILEMETVS Chirurgus R. Nauar. edidit Apologiam ad Iacob. Veyras de curatione vulnerum sclopetarum.

THIBALDVS l'EPLIGNY Pharmacopœus edidit promptuarium medicam. simplicium, & eorum facultatum carmine Gallico, Lutetiæ excusum à Petro Sergeant 1544.

THIERRY de HERY scripsit Latinè & Gallicè luis Venereæ curádę Methodum. Lutetię apud Matthæum Dauidem.

APPEN

APPENDIX GERMANICA, SEU CATALOGUS ILLORUM, QUI GERMAnico idiomate in Medicina aliquid in lucem dederunt, quantum quidem diligenter quærendo rescire potuimus: aliàs verò non dubitamus, plures adferri posse, quàm hîc adnectimus: verùm si quis in honorem suæ gentis omnia Germanica scripta in unum colligat, & publicæ utilitati communicet, nos grato animo, quæ nostri erunt instituti, suo tempore inde excerpturi sumus.



ACHILLES P. GASSERUS Lindauiensis scripsit librũ de peste.

ADAMI LONICERI regimen pestilentiæ. 8 Francofurti 1572. eiusdem Institutio pro Nutricibus ibidem 1573. Herbarium in folio.

ALEXANDRI SUCHTENI Medici de mysteriis medicis Antimonij libellus Argentinæ 1570.

ALEXANDER SITZEN de Thermis Badensibus Heluetiis. 4. 1576.

ANDREAS CAROLOSTADIUS de virib. & vsu Brassicæ.

ANDREAE ELLINGERI Ienensis Consiliũ de præseruatione & Curatione pestis: in lucem editum per Ioannem VVitichium. 4. Lipsiæ 1587.

ARNALDI de VILLA NOVA tractatus de præparatione & vsu vinorum extat Germanicè in 4. Viennæ 1532.

ARTOLPHVS ex BAVARIA, Medicus, scripsit librum de Re medica.

B

BALTHASARI BRVNNERI breuis Institutio de iam grassante Cephalalgia, & qua ratione ea curari possit. 4. Lipsiæ 1580. item Ratio præcauendi pestem. 4. Lipsiæ 1581.

BALTHASSARIS CONRADINI Institutio, quomodo quisque familiæ suæ à lue Venerea, angina, peripneumonia, pleuritide, &c. præcauere debeat, in 8. Argentinæ 1574.

BARTHOLOMAEI CARICHTERI Practica de morbis 8. Argentinæ 1575. Eiusdem extat Herbarium, quibus Signis cœlestibus & Signorum gradibus quæuis herba subiecta, & quando legenda vel fodienda. 8. Argentinæ 1575. & ibidem 1589.

BARTHOLOMAEI HVBNERI Medici Erfordiensis liber de Natura alimentorum. Erfordiæ apud Ioannem Beck 1588. in 8.

BARTHOLOMAEI REVSNERI Christiana confutatio inauditarum blasphemiarum & mendaciorum Theophrasti Paracelsi, quæ

contra

contra Dei verbum & artem medendi effudit in tribus libris Philosophiæ ad Athenienses, Gorlitij 1550.

BARTHOLOMAEVS SCVLTETVS ex Paracelsi libris Tractatum de origine pestis & eius curatione concinnauit Basileæ. 8. apud P. Pernam 1575.

C

CHRISTOPHORVS CLAVSERVS Tigurinus scripsit de Vrinæ iudicio, vrinæ inspectionem sine aliis signis inutilem esse. Secreta secretorum vel de regimine Dominorũ, opus nondum editum.

CHRISTOPHORI HIEBLINI libellus de vsu Lapidis Bezoar aduersus venena. 8. S. Galli apud Leon. Straub 1589.

CHRISTOPHORI VVIRSVNGI liber Medicus, in quo partium corporis humani structura, & vsus ostenditur: item quomodo eæ corrumpantur, & quomodo eis mederi possit. folio Heidelbergæ 1568. vide IACOBVM THEODORVM.

CONRADI MENGENBERGER de plantis & cæteris diuersis rebus Naturæ volumen extat.

CONRADI NELLII Admonitio de vsu remediorum in Germania, quomodo ea malè hactenus vsitata fuerint: in qua de recta ratione distillandi agitur. 4. Bremæ 1580.

E

ELIAE ANHARTI Consiliũ podagricum, hoc est, quomodo quis podagram præcauere & curare debeat, Ingolstadij 4. 1579.

G

GALLI ETSCHENREITERI liber de natura, viribus & effectis balneorum & salubrium fontium, qui per Germaniam celebres sunt. Argentinæ 1571. in 8.

GEORGII BARTISCHII Oculistæ, de morbis oculorum, eorumque curatione, &c. folio, Sigismundus Feyrabendius excudebat 1584.

GEORGIVS PISTORIVS de mulieribus, quomodo eæ ante, in & post partum regere se debeãt: adiecto breui tractatu de morbis pueris superuenientibus, & quomodo eis subueniatur. eiusdem Tractatus de Lumbricis. 8. Francofurti 1576.

GEORGII am Wald tractatus de Terra Sigillata à se inuenta, quomodo ea pesti, venenis, & variis morbis aduersetur. 4. S. Galli, typis Leonardi Straubij 1582.

GEORGIVS VVAGNER ex Latino Germanicum fecit Vvolffgangi Vvinterger librũ de Thermis. Argentinæ 1512.

GREGORIVS ZECHENDORFFERVS Chirurgias Ioannis Tagaultij, & Iacobi Hollerij in Ger-

in Germanicam linguam transtulit Francofurti 1574.

GVALTHERI H. RYFF Reformatū Pharmacopolium, in quo viuæ figuræ vulgarium herbarum, earum temperamentum, vsus cùm in cibis tum in Medicina, item Mithridatici & Theriacæ compositio, & medicamentorum purgantium præparatio describuntur: Argentinæ apud Iosiam Riehel 1573. vide in Bibliotheca generali.

GVILELMVS ab HIRNKOFEN, Arnoldi de Villa Noua libellum de vini præparatione Germanicum fecit.

H

HENRICVS BORVSSVS Chirurgiam scripsit.

HENRICVS VVOLFIVS Doctor Medicus Norimbergæ emisit tractatus Arnoldi Villanouani de Cura podagræ, de ligno vitæ, de oleo & vino Antimonij de facultatibus gemmarum, Coralli & spiritus vini, de peste, &c. Argentinæ Bernhardi Iobini typis 8. 1576.

HIEREMIAS MARTIVS transtulit Ioan. Marinelli ex Italico in Germanicum sermonē tractatum de Regimine mulierum, quomodo scilicet eæ rectam constitutionē corporis conseruare, & amissam recuperare possint, &c. 8. Augustæ 1576. & ibidem 1580. item G. Fallopij Secreta. 8. Augustæ apud Georgium Villers 1571.

HIERONYMI BRAVN Pharmacopolium Domesticum in 4. excusum.

HIERONYMVS BRVNSCHVVIG scripsit de distillationibus Herbarum, radicum, florũ, seminum, fructuum & animalium librum excusum Francofurti apud Hieremiam Gulferich 1551. Item libellum quo Medicinas maximè vsitatas & paratu faciles ad omnes humani corporis morbos complectitur, Francofurti 1569. præterea de Chirurgia in 4. Argent. 1539.

HIERONYMVS TRAGVS vide in Bibliotheca Generali.

HVLDRICHI VVOLFHART, de peste liber.

I

IACOBVS BVMANNVS Chirurgus Tigurinus, edidit Germanica lingua Compendium Anatomiæ Vesalij, cum elegantibus typis ære sculptis. Norimbergæ.

IACOB. HORSTIVS Leuini Lemnij de occultis naturæ miraculis libros in Germanicũ sermonem transtulit. Lipsiæ 1575. Eiusdem de Morbis, & de Medicinæ origine 4. anno 1574.

IACOBI NITHEIMERI libellus de præseruatione & curatione pestis. 8. Argentinæ apud Bernardum Iobinum 1583.

IACOBVS OETHAEVS Med. Doctor de recto vsu Medicinarũ tum in sanis, tum ægrotis, cum

tis, cum declaratione errorum qui in iis fiunt. Item quomodo sanitas conseruari possit. 8. Dilingæ 1574.

IACOBI de RAMINGEN, liber de Aromatibus & simplicibus Germaniæ. 8. Argentinæ apud Christianum Mulierum 1580.

IACOBI RVEFEN libellus de conceptione & natiuitate hominis, & eius variis accidentibus, cum medicamentis & figuris inseruientibus puerperis & nutricibus. Tiguri apud Christophorum Froschouerum. 4. 1569. & 8 Francofurti apud Sigismundum Feyrabendium 1580.

IACOBI SCHOBERI Thesaurus contra venena, hoc est, Enumeratio omnium Medicamentorum venenis resistentiū 8. 1575.

IACOBI SANTERI Instructio pro iis, qui morbo aliquo affecti, Medico vrinam exhibere cupiunt. Ingolstadij apud Vvolffgangum Ederum. 8. 1586.

IAC. THEODORVS TABERNAEMONTANVS, Practicam Medendi humani corporis affectib. Christophori Vvirsungi recognouit & meliori ordine digessit. Francofurti folio apud Christophorum Coruinum 1577. idem scripsit de aquis & Thermis quibusdam Germaniæ, Francofurti apud Nicolaū Bassæum. 8 1580. Consilium item pro pestilentibus febribus edidit Heidelbergæ 1573 & 8. Francof. 1582. Eiusdem Herbarium in quo 3000 Plantę describuntur, &c fol. Francofurti apud Nicol. Bassæum 1587.

IOACHIMVS CAMERARIVS P. Andreæ Matthioli herbarium recognouit & multis figuris auxit, folio Francofurti 1586.

IOACHIMI QVERNTENI liber de præseruatione & curatione pestis. 4. Erfordiæ apud Georgium Baumannum 1579.

IOACHIMVS STRVPPIVS scripsit librum de peste.

IOANNES ADENDOLPHVS Argentinensis transtulit Marsilij Ficini promptuarium Medicinæ 8. 1590.

IOANNES BEATVS HVMELIVS libellum Henrici Ranzouij de sanitate tuenda Germanicum fecit. 8. Basileæ apud Sebastianum H. Petri 1588.

IOANNIS CRATONIS à CRAFTHEIM Medici Cæsarei libellus de Cognitione & Cura pestis, Francofurti. 8. 1586.

IOANNES CVBA, Medicus olim Francofurti ad Mœnum de simplicibus Medicamentis scripsit, quem librum postea Eucharius Rhodion emendauit & auxit, cùm aliàs tum inserto passim Hieronymi Brunsuicensis libro de liquoribus destillatis: idem, aut propemodum, esse videtur, quod THEODORICVS DORSTENIVS Botanici titulo Latinum dedit, sed multis locis auctius: impressa sunt hæc volumina aliquoties ab Egenolpho cum imaginibus Francofurti.

IOANNES DANTZIVS Dioscoridem Germanicè reddidit, & cum figuris publicauit.

IOAN-

IOANNIS DRYANDRI Vniuersalis praxis omnium morborum particularium edita est Coloniæ & Marpurgi. item libellus de peste 1553. & liber de Christiano vsu Medici & Medicinarum. Francofurti 1543.

IOANNIS GEBELII Descriptio Thermarũ Annębergensium in Misnia, & aliarum in Germania. Dresdæ. 8. 1576.

IOANNIS IACOBI NIETHEIMER V. M. Doctoris institutio de curanda peste ex libris Theophrasti Paracelsi Germanicè, Argentinæ 1583.

IOANNES IACOBVS NVSCHELERVS M. D. Euonymi seu de remediis secretis Conradi Gesneri partem secundam è Latino in Germanicam linguam transtulit: excusa est Sangalli 1583.

IOANNES IACOBVS HVGGELIVS scripsit de salutaribus Germaniæ Balneis librum Germanicum.

IOANNES IACOBVS VVECKERVS scripsit libellum de variis artificiosis crasibus olei & vini. Basileæ. 8. apud Petrum Pernam 1571. chartis 8. idem Alexij Pedemontani Secreta Germanica fecit 8. ibidem excusa 1569.

IOANNIS KENTMANNI liber de peste, Dresdæ per Nicolaum Vvolrab 1553. in 4. & Vvitebergæ 1568.

IOANNIS LEVV Tigurini libri duo de peste Germanici, M. S. extant Tiguri apud Cl. Gasparum Vvolphium.

IOANNIS LONABI BOSCII Tractatus de podagra & eius curatione, octauo, Ingolstadij 1582.

IOANNIS MAYERNI libellus Medicus de ignotis nec hactenus descriptis quibusdam morbis. 8 Nicolaus Bassæus 1583.

IOANNES NEBSSEN de præseruatione pestis, & aliorum accidentium. 4. 1578.

IOANNIS RODII, secundi, Rocusani, admonitio de peste, in octauo. anno salutis 1583. excusa Erfordiæ.

IOANNES RUDOLPHUS LANDENBERGER Euonymi Philiatri librum in Germanicam linguam transtulit 1582.

IOANNES SCHONERUS Caroroloſtadius Mathematicus celebris edidit libellum Medicinæ.

IOANNES SCHROETERUS de præseruatione & cura pestis. 8. Lipsiæ typis Iacobi Beruualdt 1583.

IOANNIS TOLATI de VOCHENBERG Margarita Medicinæ Germanicè scripta.

IOANNES VVEIERUS de quibusdam incognitis, & hactenus à nullo descriptis morbis. 8 Francofurti apud Nic. Bassæum 1580.

IOANNIS VOGT scripsit de oleis è vitriolo, & baccis iuniperi, de Arthriride.

IOANNES VVITICHIUS tractationem edidit de lapide Bezoar, Armenio Balsamo, de Silesiaca Terra sigillata, quæ dicitur Axungia So-

gia Solis, de ligno Guaiaco, de China, de Sarsa parilla, de Sasafras, de ligno Nephritico, &c. omnia in vsum Chirurgorum. 4. Lipsiæ 1590. Eiusdem de conseruanda valetudine liber. 4. ibidem 1585. idem Dioclem de Sanitate tuenda Germanicè transtulit Erphordiæ. 8. 1587.

IOBI FINCELII Vinariensis Institutio de præcauenda & curanda peste, additis aliquot Secretis Medicinæ in octauo Lipsiæ anno 1583.

IODOCI VVILLICHII regimen contra pestem, Francofurti ad Oderam. 4.

L

LAVRENTII BVRRES, Chiruurgia noua.

LAVRENTIVS FRISIVS Medicus, scripsit librum de cura singulorum morborum à capite ad pedes, quem speculum Medicinæ vocat. Item Synonyma materiæ medicæ siue simplicium pharmacorum, Latinis, Græcis, & Arabicis vocabulis. Eiusdem Epitome opusculi de curandis pustulis, vlceribus & doloribus luis Venereæ. Henric. Petri excudit Basileæ 1532. Regimen sanitatis per rationem victus.

IOANNIS FVCHSII Herbarium Germanicū exudit folio Isingrinus Basileæ. De oculorum remediis idem scripsit.

LEONARDI THVRNEISER vrinæ examinandæ libri 59. Francofurti ad Oderam anno 1571. in folio. Pars prima de frigidis & calidis aquis mineralibus & metallicis, cum collatione plantarum libri 10. Francofurti anno 1572. in folio. Historia siue Descriptio Plantarum omnium tam domesticarum quàm exoticarum. in folio Berlini & Coloniæ Agrippinæ apud Ioannem Gymnicum folio 1587. Romæ viuere dicitur.

LVDOVICI GRAVII Practicæ Medicinæ professoris dignissimi in Academia Heidelbergensi, libellus de pestis præseruatione & curatione, & de medicamentis ad id comparatis in pharmacopolio Heidelbergensi. 8. Heidelbergæ typis Iacobi Mulleri 1581.

M

MARTINVS COPVS Medicus Brunsuicensis, edidit Admonitionem, qua docet Antimonium seu Stibium fusum, quod vitrum antimonij nominant, venenum & nocens medicamentum esse, & simul veram medicinam huius mineralis tradit. 4. Lipsiæ anno 1569.

MARTINI RVLANDI Frisingensis liber de phlebotomia & morbis per eam curandis, item de scarificatione & morbis per eam curandis: Hydriatice prætereà, hoc est, ratio curandi

randi totius corporis morbos per aquas dulces, acidas & thermas, &c. Basileæ anno salutis 1579.

MATTHIAS SOMMERVS in Germanicã linguam transtulit librum Fabiani Sommeri de Thermis Carolinis, Lipsiæ 1573.

MICHAEL HERO aliquot libros in re Medica in linguam Germanicam transtulit.

MELCHIOR SEBIZIVS Herbarium Hieronymi Tragi Germanicum recognouit & edidit folio Argentinæ apud Iosiam Ribelium 1578. & 1587.

MICHAELIS de GLAVBITZ liber de peste. 8. Moguntiæ 1585.

MICHAEL SCHRICK scripsit de aquis destillatis, simplicibus primùm, dein cõpositis, & aliis quibusdam.

M. SEBIZII Consilium de peste, Augustæ excusum à Valentino Schunick anno sa. 1586. in octauo.

N

NICOLAI de METRI Medici & Chirurgi principis Ducis Sigismundi Austriæ, liber Medicus editus ab Hieremia Martio 1572. 8. Augustæ.

NICOLAI SPINDLER Experimenta certa contra omnes morbos corporis humani: adiectis figuris vulgarium stirpium, &c. Francofurti in 8.

NICOLAVS VVINCKLER Medicinæ D. Herbarium quoddam ex Latino Germanicū fecit. Augustæ. 8. 1577.

O

OSVVALDI VLIN Medici de pestis cura & præseruatione libellus.

OTHONIS BRVNFELSII Herbarij libri etiam Germanicè euulgati sunt. Eiusdem Chirurgia parua, excusa est Francofurti octauo 1569.

P

PHILIPPI BEGARDI Index sanitatis.

PHILIPPI IMSENI, tractatus de peste, in vsum tenuioris fortunæ hominum conscriptus, octauo Argentinæ excusus est, apud hæredes Christiani Mulleri anno 1583.

Q

Q. APOLLINARIS recognouit Alberti Magni tractatum de mulieribus & excusus est Francofurti 1585. apud Nicolaum Bassæum. Eiusdem Enchiridion experimentorum ad omnes corporis affectus à capite ad pedes, adiectis herbarum descriptionibus seu figuris, & aquarum distillatarum facultatibus.

Accedit

Accedit Tarquinij Ocyori libellus Experimentorum de 22. radicibus pesti resistentibus 8. Argentinæ per Iosiam Rihelium 1589.

S

SEBASTIANI LIBORII Dresdensis libellus de morbis in duas partes diuisus. Gorlitiæ per Ambrosium Fritsch. 8. 1581.

SIGISMVNDI KOLREVTERI liber de recto vsu Vroscopiæ, & de erroribus, qui in ea perpetrantur. 8. Norimbergæ apud D. Gerlach 1574.

STEPHANVS LEDERLE de Fonte Salutis, scripsit libellum 1487. qui potest esse totius Alchymiæ fundamentum & compendiū: extat M.S. apud Casparum Vvolphium Tigurinum Medicum.

SYLVESTER HARTLIEB Trotulæ librum de Secretis mulierum transtulit in Germanicam linguam. Videtur autem alio exemplari Latino vsus, quàm ꝙ vulgò habetur. Gesn.

T

TARQVINIVS OCYORVS, vide Q. Apollinaris.

TEOBALDI FETTICH Medicinæ Doctoris, Institutio, quomodo sibi præcauendum à peste, & quomodo ea sit curanda. adiecta est vera narratio causarum sudoris Anglici. 4. Monachi 1573.

THEOPHRASTVS PARACELSVS Medicus, aliàs dicitur THEOPHRASTVS, item AVREOLVS THEOPHRASTVS: item PHILIPPVS AVREOLVS THEOPHRASTVS PARACELSVS, contemptis veteribus omnib. nouã Medicinam instituit, & plurima non in Medicina solùm sed in Theologia quoque scripsit, omnia tamen Germanica lingua. Editi autem sunt multi eius libri Germanicè, non pauci etiam Latinè ab eius sectatoribus in Latinam linguam conuersi, è quorum numero sunt sequentes libri. De vrinarum ac pulsuũ iudiciis: item de Physionomia: item de morborũ Physionomia fragmentum. Argentinæ apud Samuelem Emmel. anno Domini 1568. Priores duo libri eodem anno Coloniæ quoque editi sunt à Birckmanno. Septem libri de gradibus receptorũ ac naturalium: his addita 16. capita de anatomia, publicata ab Adamo Bodenstein, Basileæ apud P. Pernam 1568. Pyrophilia vexationumque liber: cui accesserunt: Primo tractatus metallorum septem. Secundò rerum naturalium tria fore principia, per demonstrationem artis igneæ docetur. Tertiò contracturarũ origines & curæ. Quartò, morborum capitalium quatuor, Epilepsiæ, Podagræ, Paralysis, & Hydropisis curæ, Ibid. Philosophiæ magnæ collectanea quædam per Gerardum Dorn Latinè reddita. Ibidem 1569. Chirurgia vulnerum, cùm recentium, tum veterum, occultorum & manifestorum vulnerũ:

Cui

Cui libri duo, prior de contracturis, de Apostematibus, Syronibus & nodis alter, accessere per Gerardum Dorn Latinè redditi. De meteoris: item de matrice, & de tribus Principiis libri 2. Quibus Astronomica & Astrologica fragmenta quædam accesserūt, per Dornum Latinè reddita. Ibidem. anno 1570. Archidoxorum de secretis naturæ mysteriis libri 10. De tinctura Physicorum, de Preparationibus, de Vexationibus Alchymistarum, de Cementis metallorū, & de gradationib. eorundem, omnia eodē Interprete, ibidemq́ue excusa. Chirurgia minor, quam aliàs Bertheoneam intitulauit, cum eiusdem tractatibus, de apostematibus, syronibus, nodis. Item de cutis apertionibus, de vulnerum, & vlcerum curis, ac de vermibus, serpentibus, &c. ac maculis à natiuitate ortis; ex versione Dorni, Perna excudit. De Tartaro libri septē auctiores, & castigatiores. ibidem. Liber Paramirum, in quo vniuersalis Theorica Physices, & Chirurgiæ origines, & causę morborum traduntur. Accesserunt libri de modo pharmacandi, de Xenodochio, de Thermis. Basileę apud Pernam. 1570 De spiritibus Planetarum siue metallorum lib 3. Eiusdem de tinctura Physica, de gradationibus, de Cementis, de Zodiaci signis, & eius mysteriis. Georgij Phędronis pestis Epidemicę curatio. Eiusdem Chirurgia minor. Basileæ anno Do. 1571. in quarto. De vita longa libri quinque. Commētarij in Aphorismos Hippocratis. Ibi.

dem. Septem defensiones aduersus æmulos suos. Item tractatus de morbis tartareis. Coloniæ, 1573. De natura rerum & de natura hominis. 1573. Libri iam enumerati omnes Latinè, sequentes verò Germanicè sunt editi. Explicatio aliquot Aphorismorum Hippocratis: item tres vtiles tractatus de occulta vi & operatione Corallorum, Hyperici & Persicariæ. Augustæ anno 1558. De præparatione Ellebori, item de Perforata: liber editus à Bodensteinio, anno Domini 1568. Archidoxa. Libri præparationum, de tinctura physicorum, de renouatione & restauratione vitæ, de vita longa. Monachij, anno D. 1570. Tractatus de apertionib. cutis, de vulneribus, de serpentib. araneis, &c. ac maculis à natiuitate ortis. Argẽtinę. Occulta philosophia, Archidoxa, &c. ibid. 1570. Libri 9. de mysteriis naturæ, archidoxorum pars prima. De renouatione, & restauratione, & vita longa. De mineralibus, de Sale, vitriolo, arsenico, sulphure. Coloniæ, 1570. Tractatus quinque: Primus de rebus naturalibus. Secundus de quibusdam herbis. Tertius de Metallis. Quartus de mineralibus. Quintus de gemmis. Argentinæ, anno 1570. Astronomia magna, siue tota Philosophia sagax maioris & minoris mundi. Francofurti anno 1571. de Thermis Fabarianis in Heluetia. Argentinæ anno 1571. de proprietatibus perfecti Chirurgi. ibidem. De Spiritu vitæ & eius virtute. De virtute internorum

spiritua-

spiritualium & corporeorũ membrorum. De viribus exteriorum, & confirmatione internorum membrorum. Basileæ à Bodensteinio primùm publicati, anno Domini 1572. Metamorphosis. de rebus naturalib. de mineralibus, metallis, de lapide Medicorum, & de lapide Philosophorum: liber ab eodem editus. Tractatus duo, De viribus membrorum spiritalium, De electro. Basileæ, anno Domini 1572. De morbo Tartarico. De Alchymia. De Cementis. De Medicina cœlesti. De præparationibus. De spiritibus Planetarum. Singula à Petro Perna excusa sunt. Præterea eiusdem libri Paragraphorum XIIII Latino sermone integritati restituti, & explicationibus illustrati, à Domino Toxite nunc primùm editi octauo. Argentorati apud Christianum Mylium anno 1578. Aurora Thesaurusque Philosophorum. Accessit monarchia physica per Gerardum Dorneum. Præterea Anatomia viua Paracelsi in 8. Basileæ. de lapide philosophorum tractatus Germanicè editi. Manuale de lapide medicinali, de tinctura planetarum in 8. Antuerpiæ anno 1572. Item Thesaurus thesaurorum, occulta Philosophia cum annotationibus nouis Germanicè Argentinæ anno 1574. Eiusdem scripta de tribus principiis omnium generatorum: Item thesaurus Alchymistarum: edita ab Adamo Bodenstein Germanicè in octauo. Basileæ anno 1574. De secretis creationis,

à D. Toxite editus liber 8. Argentorati apud Christianum Mylium. Archidoxorum, seu de secretis naturæ mysteriis, libris 10. nunc accesserunt libri duo, vnus de Mercuriis metallorum, alter de Quinta essentia 8. Basileę per Petrum Pernam. Eiusdem expositio vera imaginum olim Norimbergæ inuentarum Latinè. anno Dom. 1570 Eiusdē de restituta vtriusq; medicinæ vera praxi in ordinem redacta & in Latinum sermonem conuersa, studio & opera Gerardi Dorn. D. 8 Lugduni excudebat Iacobus du Poys. Centum quindecim curationes, experimentaque è Germanico idiomate in Latinum versa: Accesserunt quædam præclara, atque vtilissima à B. G. à Portu Aquitano annexa 8. Excudebat Ioannes Lertaut. 1582. Sextus liber de morbis calculosis & podagricis eorumque curatione Germanicè in 8. Basileæ 1574. Eiusdem libri quinque de vita longæua, Germanicè in 8. Argentinæ 1574. denique libri tres de cura morbi Gallici Germanicè in 8 Argent. apud Christianum Molitorem 1579. Circunferuntur alij quoque plures libri Theophrasti, qui omnes recens recogniti vnà cum præcedentibus, partim iam editi sunt Basileæ 4. apud Conradum Vvalkirchium Germanicè, partim mox ab eodem edētur. Porrò contra Theophrastum Paracelsum, quatuor volumina edidit doctissimus Erastus. 4. Basileæ ex officina P. Pernæ.

Theophrasti Vvirsungi Methodus medendi mor-

di morbis corporis humani, Neustadij Palatinorum apud Matthæum Harnischium folio 1588.

V

VICTORINI SCHONFELDT Cõsilium de dysenteria, & aliis alui profluuiis. 8. Francofurti apud heredes Christiani Egenolphi.



APPENDIX ITALICORVM SCRIPTORVM.

Nobis quidem in votis erat, Italico sermone cònscriptos libros Medicos hic recensere, si vel ratione loci in quo sumus, vel ope Bibliothecæ cuiusdam Italicæ, quam olim editam fuisse scimus, nondum tamen videre potuimus, id præstare permissum fuisset: attamen quos obiter obseruauimus, hîc præterire noluimus, vt occasionem vnicuiq; quod desiderabitur sibi ascribendi daremus, & nostrum institutum (quod aliàs fortasse meliùs exequemur) notum saltem faceremus.

A



NDREAE GRATIOLI Salonēsis Commentarij de peste, in quibus continentur vtilissimæ obseruationes de Natura, causis & curationibus, vnà cum Catalogo omnium temporum, in quibus memorabiles pestes extiterunt. His adiunctus est tractatus doctus & antea non editus Saladini Ferri Ascolani Venetiis, apud Hieronymum Polum. Anno 1576.

ANTO

ANTONII GLISENTIS Brixienſis de cauſis præparantibus corpus humanum, ad recipiendam corruptionem peſtilentem huius anni 1576. itemque generantibus peſtem, & illam ſæuiorem reddentibus. Eiuſdem de ratione victus & aliis obſeruandis ad præſeruationem neceſſariis tempore peſtis anno 1576. Reſponſio eiuſdem pro ſuperiore tractatu de cauſis peſtis ad Apologiam HANNIBALIS RAIMVNDI Veronenſis 1576

ASCANII CENTVRII de HORTENSIIS libri quinque, in quibus diligentiſsimè exponuntur omnes obſeruationes, conſtitutiones, edicta publicè propoſita, atque alia plurima quæ contigerunt in Mediolanenſi peſte Anno Chriſti 1576. & 1577. ad vtilitatem aliarum ciuitatum Europæ, in ſimili calamitate conſtitutarum diligentiſsimè collecti. Venetiis, apud Ioannem & Ioan. Paulum Iolitos. Ferrarienſes 1589. in 4.

B

BALTHASARI PISANELLI Medici Bononienſis tractatus de natura cibi & potus in 4. Venetiis anno 1586. Eiuſdem Commentarius de peſte. Romæ apud heredes Antonij Bladij 1577.

BARTHOLOMAEVS MARANTA conſcripſit de Theriaca & Mithridatico libros duos.

C

CAMILLVS SQVARCIALVPVS, Plumbensis, scripsit de Medicinæ infortuniis; de podagra.

CASTORIS DVRANTI, Medici Romani Herbarium nouum, h. e. omnium plantarum Europæ & Indiarum Orientalium & Occidentalium descriptio cum figuris in folio Romæ 1585.

F

FRANCISCVS BETVS Romanus Galeni librum de cognoscendis & curandis animi affectibus Italicè transtulit. 8. Basileæ apud Conradum Vvaldkirchium 1587.

G

GABRIELIS FALLOPII liber de Secretis.

H

HIERONYMI DONZELLINI Veronensis breuis, sed accuratissimus Commẽtarius de præseruanda & curanda peste. Venetiis, apud Horatium de Gobis Solonensem 1577.

HORATII AVGENII de Monte sancto de modo præseruandi à peste libri 4. Firmi apud Astulphum de Grandi 1577.

IOAN.

I

IOANNIS BAPTISTAE Susij doctiss. Medici & Archiatri Ducis Mantuani, de ratione cognoscendi pestem. Mantuæ apud Iacobum Ruffanellum Anno 1571.

IOANNES MARINELLVS edidit tractatū de Regimine mulierum, hoc est, quomodo corpus sanum, diu conseruare possint, & amissam sanitatem pulchramque constitutionem corporis recuperare, quem Hieremias Martius Germanicum fecit.

IOANNIS PHILIPPI INGRASSIAE Protomedici Regij in regno Siciliæ de pestifero & contagioso morbo, affligente Panormum & alia loca vicina Anno Christi 1575. & 1576. vnà cum modo tam præseruandi quàm curandi se ab ista lue. Panormi apud Ioan. Matthæum 1576.

IOANNIS SVRLICHII Apologia contra calumnias & fraudes quorundam Pharmacopolarum.

IOANNIS TVRNONII de plebe S. Stephani Medici & Philosophi de pestiente morbo libri 4 Florētiæ apud Georgium Marescottū.

IOANNIS VALVERDAE Anatomia Italicè extat.

L

LEVINI LEMNII Medici Zirizæi libri duo; de Temperamentis anno 1564. Venetiis

apud Dominicum Nicolinum.

LVDOVICI & PETRI ROSTINORVM Chirurgiæ compendium vtilissimum, cum instrumentis Venetiis 1557.

M

MARCELLI SQVARCIALVPI de Plumbino Medici & Philosophi defensio contra pestem. Mediolani, apud Petrum & Franciscum Tinos.

MICHAELIS MERCATI Medici Romani doctissimi Commentarij de peste accuratiss. Romæ 1577.

P

PETRVS ANDREAS MATTHIOLVS Dioscoridem Italicè primùm transtulit, & interpretatus est. FAVSTVS tamen LONGIANVS ante eum Italicè transtulerat.

PETRVS MONTAGNANA opus edidit, in quo picturis & imaginibus interiora hominis, cum optimis expositionibus, sic efficta sunt, vt notiora esse non possint. Item de agnoscendis Vrinis opus aliud perutile: de vulneribus & vlceribus, & de cunctis læsionibus humani corporis, & de modo ac ratione curandi.

CALESTINVS & BORGARVCIVS Dispensatoria vulgò dicta Italicè ediderunt.

SCRI-

SCRIPTORES IN HIPPOCRATEM.

Nouimus quidem Clarissimum GASPARVM VVOLPHIVM Medicum Tigurinum, nuper eos à se collectos, cum noua Methodo Aphorismorum Hippocratis, ACHILLIS P. GASSERI emisisse, nec dubitamus quin pro sua diligentia plures numerarit, quàm fortè hic sumus adscripturi, è cuius laboribus vti libēter illos mutuari voluissemus, si exemplar illud, vt sedulo quæsiuimus, nancisci potuissemus, sic spero studiosos harum rerum quod fortè hic deerit, haud grauatè sibi pro occasione suppleturos: quid autem isti scripserint scire volenti, recurrendum erit ad vniuersalem Bibliothecam suprà.

A

Achilles P. Gasserus.
Actuarius.
Alardus Amstelredamus.
Alemannus.
Aloisius Luisinus.
Andreas Alpagus.
Andreas Brentius.
Antonius Fauentinus.

Ioannes Agicola Hammonius.
Ioannes Alexandrinus.
Ioannes Argenterius.
Ioannes Baptista Montanus.
Ioannes Bernardus Felicianus.
Ioannes Butinus.
Ioannes Caius.
Ioannes Crato.
Ioannes Culmanus.
Ioannes Fridericus Schroterus.
Ioannes Gorraeus.
Ioannes Guinterius Andernacus.
Ioannes Lalemantius.
Ioannes Morisotus.
Ioannes Myrica.
Ioannes Obsopoeus.
Ioannes Placotomus.
Ioannes Sermoneta.
Ioannes Zecchius.
Ioannitius.
Iulianus.
Iulius Cesar Arantius.
Iulius Cesar Scaliger.
Iustus Velsius.

L

Leonardus Fuchsius.
Ludouicus Duretus.
Ludouicus Septalius.

M

Marcus Fabius Caluus.
Martinus Rulandus.
Mauricius Cordeus.
Meletius.
Michael Angel. Blondus.

N

Nicander Colophonius.
Niccolus.
Nicolaus Haupasius.
Nicolaus Machellus.
Nicolaus Perrotus.
Nicolaus Petreius.

O

Oddus de Oddis.
Oribasius.

P

Palladius.
Paulus Maiolus.
Petrus Blondellus.
Petrus Burchardus.
Petrus Crispus.
Philotheus.

R

Reginaldus Sturmius.
Renuccius.
Robertus Constantinus.
Rodericus à Fonseca.

S

Sebastianus Paparella.
Stephanus.
Stephanus Gourmeleus.

T

Thaddæus Florentinus.
Theodorus Gaza.
Theodorus Zuingerus.
Tomas Erastus.
Thomas Muffetus.

V

Vidus Vidius.

SCRIPTORES IN APHORISMOS HIPPOCRATIS.

A

Achilles P. Gasserus.
Actuarius.
Aloisius Luisinus.
Antonius Fauentinus.
Antonius Mizaldus.
Antonius Musa Brassauolus.

B

Bartholomæus de Brugis
Bartholomæus Rostinus.
Baßianus Landus.
Benedictus Bustamante.

C

Camill. Squarcialupus.
Christophorus à Vega.
Claudius Campesius.
Claudius Galenus.
Conradus Gesnerus.
Cornelius Celsus.

E

Erhardus Hedeneccius.

F

Farresius.
Franciscus de Turre.
Franciscus du Port.
Franciscus Vallesius.

G

Gasparus Vvolphius.
Gulielmus Plancius.

Guiele-

Guilelmus Rondeletius.

H

Hieremias Thriuerus,
Hieronymus Cardanus.
Hieronymus Mercurialis
Hugo Senensis,

I

Iacobus Hollerius.
Ianus Cornarius.
Ioannes Agricola Hammonius.
Ioannes Argenterius.
Ioannes Baptista Montanus
Ioannes Butinus.
Ioannes Culmanus.
Ioannes Mortsotus.
Ioannes Myrica.
Ioannes Obsopœus.
Ioannes Placotomus.
Ioannes Sermoneta.
Ioannes Zecchius.
Iulianus.
Iustus Velsius.

L

Leonardus Fuchsius.

N

Niccolus.
Nicolaus Haupasius.

O

Oddus de Oddis.
Oribasius.

P


Petrus Crispus.
Philotheus.

R

Reginaldus Sturmius.
Robertus Constantinus.

T

Thaddæus Florentinus.
Theodorus Gaza.
Thomas Erastus.
Thomas Muffetus.



SCRIPTORES EX PROfesso in CL. GALENVM.

Hunc Catalogum anno quidem 1562. in fronte operum Latinorum Galeni, Basileæ in officina Frobenianorum dedit CONRADVS GESNERVS, sed nos auctiorem omnibus illis qui ad hunc annum 1590. in eundem aliquid scripserunt, hic describimus.

A

Albanus Hillus.
Aloisius Mundella.
Aloisius Trißinus.
Andreas Lacuna.
Andreas Thurinus.
Andreas Vesalius.
Antonius Bussennius.
Antonius Fortolus.
Ant. Musa Brassauolus.
Antonius Raberius.
Augustinus Gadaldinus.
Augustinus Riccus.

B

Baptista Fiara.
Bartholom. Argenterius.
Bartholom. Syluanius.
Baßianus Landus.
Bernardus Bertrandus.
Bernardinus Donatus.
Christianus Soter.

C

Christophorus Heyl.
Christophorus à Vega.
Conradus Gesnerus.
Conradus Stoecklin.
Constantinus Monachus.

D

Demetrius Græcus.
Desiderius Erasmus Roterodamus.
Dinus de Garbo.
Dominicus Bucius.
Dominicus Castellus.
Dominicus Mõtesaurius.
Drusianus Italus.

E

Eustathius Quercetanus.

Ferdi-

Ioannes Morisotus.
Ioan. Nicolaus Stupan⁹.
Ioannes Paulus Crassus.
Ioannes Quintianus.
Ioannes Pollitus.
Ioannes Sermoneta.
Ioannes Vassæus.
Ioannitiꝰ, vide Humain.
Ionas Philologus.
Iosephus Struthius.
Ioannes Tectander.
Iulius Alexandrinus.
Iulius Martianus Rota.
Iustus Velsius.

L

Laurentius Ioubertus.
Laurẽtius Laurentianus.
Leonardus Fuchsius.
Leonhardus Iacchinus, vel, Giachinus.
Leonardus Legius.
Ludouicus Bellisarius.
Ludouicus Vassæus.

M

Marcus Toletanus, vide Humain.
Marius Nizolius.
Martinus Akakia.
Martinus Gregorius.
Martinus Micronius.
Michael Villanouaus.

N

Nicolaus Biesius.
Nicolaus Leonicenus.
Nicolaus Leonicus.
Nicolaus Macchellus.
Nicolaus Regius.

P

Pamphilus Montius.
Petrus Cortona.
Petrus Toletus.
Petrus Valla.
Philibertus Saracenus.
Philippus Melanchthon.
Prosper Calanus.

R

Remigiꝰ Aphoronymus.

S

Salomon Albertus.
Sebastianus Coquillatus.
Sebastianus Scrofa.
Steph. quidã Atheniẽsis.
Stephanus Dutenpleus.
Symphorianꝰ Cãpegius.

T

Taurisanus Monachus.

Tha-

Thadæus Dunus.
Thadæus Florentinus.
Theodoricus Gerardus.
Theodorus Zuingerus.
Thomas Linacer.
Tho. Rodericus a Vega.
Turrisanus.

V

Valerius Centannius.
Vgo (Hugo) Senensis.
Victor Trincauellius.
Vidus Vidius.

SCRIPTORES EX PROFESSO IN AVICENNAM Arabum Medicorum principem.

A

Antonius Gaynerus.
Antonius Vacca.
Arnoldus de Villa noua.

B

Berengarius.
Betus Bononiensis.
Blasius Astarius.

C

Constantinus Lucas.

D

Dinus de Garbo.

E

Ebenesis.

F

Franciscus Bonafides.
Franciscus Marchisius.

G

Gentilis Fulginas.
Georgius Kraut.
Gerardus Cremonensis.
Gilbertus Limburgius.

H

Hieronymus Surianus.
Hugo Senensis.

I

Iacobus Forliuiensis.
Iacobus de Partibus.

Ioannes Arculanus.
Ioan. Baptista Montanus.
Ioannes Mattheus.
Ioan. Quinquaborreus.
Ioanes Palamedes.

L

Lachi.

Leonardus Scardonius.

M

Marianus Sanctus.
Marsilius de S. Sophia.
Mathæus de Gradibus.

R

Ramussius.

SCRIPTORES IN DIOSCORIDEM.

Catalogum huius olim Operib. VALERII CORDI Argentinæ folio 1561. apud Riheliũ præfixit CONRADVS GESNERVS; auctiorem verò hîc damus.

A

Amatus Lusitanus.
Andreas Lacuna.

B

Bartholomæus Marãta, promisit Cõmentarios.
Benedictus Textor.

C

Camillus Squarcialupus.
Conradus Gesnerus.
Cosmas Holtzachius.

F

Franciscus Bonafides.

G

Gasparus Vvolphius.

H

H. B. P. quis sit ignoro.
Hermolaus Barbarus.

I

Iacobus Goupylus.
Ianus Anton. Saracenus.
Ianus Cornarius.
Ioãnes Agric. Hãmonius.
Ioan. Baptista Egnatius.
Ioannes Bernardinus.

Ioannes

Ioannes Dantzius.
Ioannes Lonicerus.
Ioannes Morbanus.
Ioannes Rodericus Lusitanus.
Ioannes Ruellius.
Iustus Mollerus.

L

Laurentius Grillus.

M

Marcellus Vergilius.
Melchior Guilandinus.

O

Ottho Brunfelsius.

P

Petrus And. Matthiolus.
Petrus Paduanus.

R

Robertus Constantinus.

V

Valerius Cordus.
Vlysses Aldrouandus.

CHIRVRGIA.

SIVE CATALOGVS VIRORVM ILLVSTRIVM, QVI CHIRVRgicam artem vel scriptis vel artis vsu excoluerunt: olim à CONRADO GESNERO collectus & editus in calce voluminis Chirurgorum maximè illustrium editi Tiguri in folio apud Gesneros fratres 1555. ternionibus 73. in eo autem copiosè eorum scripta, & alia nonnulla vtiliter recenset, quæ pro re tua consulas: hic verò nomina simpliciter enumeramus, notatis asterisco iis auctoribus, qui operâ Gesneri, in illo volumine simul excusi sunt: additis iis qui ad hunc vsq; annum Materiam Chirurgicam ex professo scriptis in lucem editis (non tamen peregrino sermone) illustrarunt.

A

Achilles.
Aesculapius.
Aetius.
Aggregator, vel Iacobus Dondus.
Albucase.
Alexander Aphrodisæus.
Alexander Benedictus.
*Alfonsus Ferius.
Amatus Lusitanus.
Ambrosius Pareus.
Ammonius Alexãdrinus.
Andreas Furnerius.
Andreas Lacuna.
Andromachus.
*Angelus Bolognius.
Antonius Beniuenius.
Antonius Chalmeteus.
Antonius Fartolus.
Antonius Fumanellus.
Antonius de Meti.
Antonius Mizaldus.
Antonius Saporta.
Apollonius.
Archãgelus Peloponẽsis.
Archigenes.
Archontius.
Aristoteles.
Arnoldus Villanouanus.
Asclepiades.
Attalus.
Auicenna.
Aurelius Cornel. Celsus.

B

*Bartholom. Maggius.
Bartholom. Mõtagnana.
Benedictus Victorius Fauentinus.
Bernardus Gordonius.
Bernardinus Maffæus.
Brunus Longoburgẽsis.

C

C. Plinius Secundus.
Camillus Squarcialupus.
Canamusal⁹ de Baldach.
Caßius Iatrosophista.
Chiron.
*Claudius Galenus.
*Conradus Gesnerus.
Constantinus Afer.
Crito.

D

Damocrates.
Damoxenus.
Dinus de Garbo.

Diocles

Diocles.

E

Eucharius Rhodion.
Euelpides.
Euelpistus.
Euonymus.

F

Franciscus Arcæus.
Franciscus Roussetus.
Franciscus Valleriola.

G

Gabriel Fallopius.
Gariopontus.
Gorgias.
Georgius Phædro.
Gregorius Flugusss.
Gualterus Riffus.
Guido Cauliacus.
Gulielmus Placentinus.
Gulielmus Rondeletius.
Gulielmus Seyton.
Gulielmus Varignana.

H

Heliodorus.
Heraclides.
Hera Cappadox.
Hieron.
Hieronymus Brunsuicẽsis.
Hieronymus Cardanus.
Hieronymus Crassus.
Hieronymus Montuus.
Hippocrates.
Hugo de Luca.

I

Iacobus Berengarius.
*Iacobus Dondus.
Iacobus Gulielmeau.
*Iacobus Hollerius.
Iacobus Ruff.
Iesus filius Hali.
Ioannes Almenar.
Ioannes Andernus.
Ioan. Baptista Carcanus Leo.
I. Bernardus Felicianus.
Ioannes Braccius.
Ioannes Charetanus.
Ioannes Diurius.
Ioan. Franciscus Rota.
Ioannes Gersdorfius.
*Ioã. Lãgius in Epistolis.
Ioannes Manardus.
Ioannes Parisiensis.
Ioannes Pelsers.
Ioã Philippus Ingraßia.
*Ioannes Tagaultius.

Ioannes Tamarus.
Ioannes de Vigo.
Iosephus Quercetanus.
Iulius Cæsar Arantius.

L

Lanfrancus.
Laurentius Ioubertus.
Leonardus Bertapalia.
Leonardus Fuchsius.
Ludouicus Bonaciolus.
Lu. Cælius Rhodiginus.

M

Machaon.
Mantias.
*Marian. S. Barolitan⁹.
Matthias Naruatius.
Meges.
Michael Angel. Blondus.

N

Niceta.
Nicolaus Massa.
Nicolaus Poll.

O

*Oribasius.
Ottho Brunfelsius.

P

Pæon.
Paulus Aegineta.
P. Andreas Matthiolus.
Petrus de Argeleta.
Petrus Toletus.
Philotimus.
Philoxenus.
Podalirius.
Prosper Borgarutius.

Q

Q. Serenus Samonicus

R

Rases.
Rogerius.

S

Sebastianus Aquilanus.
Socrates Chirurgus.
Soranus.
Sostratus.
Stephanus Aquæus.
Stephan⁹ Gourmelenus.

T

Tertius Damianus.
Theodoricus.
Theodorus Priscianus.
Theophrast. Paracelsus.
Thomas Philologus.
Tryphon.
Victor Trincauellius.
Vidus Vidius.

ANATO-

ANATOMIA,

Seu Catalogus illorum, qui ex professo Corporis Humani fabricam vel totam, vel etiam in parte, scriptis suis exposuerunt.

A

Abanus Hillus.
Alexand. Achillinus.
Alexander Benedictus.
Ambrosius Pareus.
Andreas Lacuna.
Andreas Vesalius.
Aratus Solensis.
Archangelus Piccolhominius.

B

Bartholom. Eustachius.
Bastianus Landus.

C

Carolus Stephanus.
Christoph. Rhumbaum.
Claudius Galenus.

D

Dionysius Simplex.

F

Felix Platerus.
Franciscus Vesalius.

G

Gabriel Fallopius.
Gabriel Zerbus.
Gasparus Bauhinus.
Gualterus Riffus.
Gulielmus Horman.
Gulielmus Rondeletius.
Gulielmus Bertinus.

H

Henricus de Topelstein.
Hippocrates.

I

Iacobus Carpus.
Iacobus Syluius.
Ioan. Baptista Cananus.
Ioannes Bokelius.
Ioannes Caius.
Ioannes Dryander.
Ioannes Fernelius.
Ioannes Gersdorf.
Ioã. Gunt. Andernacus.

Ioan. Iacobus Vvecherus.
Ioannes de Karthan.
Ioannes Valuerda.
Iodocus Vvillichius.
Iulius Cæsar Arantius.

L

Leonardus Fuchsius.
Lucas Valentinus.
Ludouicus Vassæus.

M

Marinus.
Matthæus Curtius.
Meletius.
Michael Columbus.
Michael Gauassetus.
Mundinus.

N

Nicolaus Massa.

O

Oribasius.

P

Parthenius.
Petrus Matthæus Pinus.

R

Realdus Columbus.
Renatus Henerus.
Richardus.
Robertus Recorde.
Rufus Ephesius.

[redacted]

Salomon Albertus.
Stephanus Riuerius.

T

Theophil. Protospatarius.

V

Volcherus Coiter.

CATA-



CATALOGVS SCRIPTORVM REI HERBARIAE.

Vt Rei Herbariæ Scriptorum seriem hîc adscriberemus, putauimus omnino fore è re Studiosorũ eam, in Herbario Latino HIERONIMI TRAGI *Argentinæ apud Vvendelinum Ribelium anno 1552 excuso, à* CONRADO GESNERO *collectam & præfixam, huc transferre, plerique enim fortasse opere illo carent, qui tamen Collectaneis illis libenter fruerentur, cùm vtilissima sint, & à summo viro profecta, qui etiam sæpe iudicium suum interponit, quo nomine Catalogum illum ab ipso conscriptum planè integrum, nec in apice quidem immutatum inserere voluimus, breuiter tamen adiectis suo loco recentioribus illis Simplicium auctoribus, quos obseruare potuimus, quod asteriscus singulis præfixus lectori indicabit.*



CONRADI GESNERI MEDICI TIGVRINI AD REI MEDICAE STVDIOSOS

Præfatio, in libros de Natura stirpium Hieronymi Tragi, in qua enumerantur, qui de plantis quouis modo in hunc vsque diem aliquid literis prodiderunt.





ON parua hæc sæculi nostri per Dei gratiam fœlicitas est, quòd partim nostra, partim patrum nostrorũ memoria, literarũ, artium atque scientiarum ferê omnium indigna, tum in verbis, tum in rebus, & rerum cognitione barbaries, à bonis & eruditis viris depelli, & pristinus Græcę Latinęque linguarum nitor in integrum tanquam postliminio reuocari & restitui cœpit. Vnde mox omnes scientiarum thesauri, linguarũ ceu clauium & instrumentorũ vsu, patefacti, & optima variarum rerũ in sacris humanisq; literis cognitio, à qua priorum aliquot sæculorum homines iam diu exclusi erant, bonis & studiosis omnibus tanquam in penetralia admissis, reserata communicataque est. Eodem autem tempore vt reliqua naturalis Philosophia & Medicina, sic

ſic & ſtirpium hiſtoria paulatim renata, diuerſisque nationibus quaſi certatim exculta eſt, ita vt nullo vnquam ante nos ſæculo ad tantum faſtigium perueniſſe videatur. Quamuis enim multa à veteribus tradita nobis incognita ſunt, vel quia illi deſcriptiones ſingulorum accuratas non reliquerunt, vel quia regiones noſtræ non proferunt: multò plura tamen alia medicamenta, in plantarum genere imprimis, priſcis ignota, certè non prodita, ætas noſtra agnoſcit & vſurpat feliciter. Verum eſſe quod dico, facilè conſtabit illi, qui numerum veterum pharmacorum, quæ pleraque omnia Dioſcorides deſcripſit, & rurſus eorum quæ hodie ab hominibus eruditis notata, & literis illuſtrata ſunt, inter ſe contulerit. Neque id mirum, facilè enim maiorum inuentis pauca ſemper paulatim adiciuntur: & vt Aſcræus ille ait, pauca etiam ſæpius adiecta, magnum denique cumulum efficiunt.

Quoniam verò illorum, qui rem herbariam & vniuerſam plantarum hiſtoriam prodiderunt, auxerunt, illuſtrarunt, per diuerſa tempora, nationes, & linguas magnus eſt numerus, nomina ſingulorum, quotquot memoria complecti & ab aliis memorata colligere in præſentia potui, ordine quodam recenſere volui. Primùm igitur Græcos, deinde Latinos veteres, tertiò Arabes, quartò recentiores, qui tum Latinè tum aliis linguis hodie vulgaribus ſcripſerunt, literarum in ſingulis

seriem secutus enumerabo. Nam temporum ordo in multis ignotus nobis est, & quinam aliis doctiùs aut vtiliùs scripserint iudicium tú difficile tum inuidiosum. Poteram eos priuatim numerare quorum scripta extant: poteram pro ipsa tractationis differentia catalogos instituere. Scripserunt enim quidam grammaticè tantùm vt nos in catalogo nostro, vbi nomina solùm interpretamur alij historicè, vt Oribasius ex Dioscoride: & nos quoque in historia nostra, descriptionibus tantú expressis, facultatibus verò omissis præterquam cómunibus, quas paucissimis efferri licebat. Galenus & eum secuti, Aetius, Aegineta, vires & facultates fermè tantùm exposuerunt, hoc est, medicè scripserunt alij philosophicè & physicè, vt Aristoteles, Theophrastus, & si qui alij plantarum genera, species, differentias, & partes secúdùm locos communes distribuerunt, aut causas inuestigarunt. Est enim physica quoque descriptio duplex, illam historicam, hanc ætiologicam Greci vocant: vtroque modo, vt Aristoteles animaliú, sic stirpium Theophrastus historiam prosequitur. Quidam denique rusticè, vt Geoponicorum & Cepuricorum authores, qui sationes, plantationes & cultus varios docuerunt. Alij fortè etiam aliter, vt qui de coronis & floribus scripserunt, quique de odoribus, κοσμητικῶς, ἐρωτικῶς, συμποσιακῶς, & (vt ita dicam) ἡδυπαθικῶς. Possunt & ἰατρικῶς tractari, si quis eas explicauerit

quæ

quæ tinctoribus & pictoribus vtiles sunt. Aliqui illas tantùm attigerunt, quę cibi aut condimenti vsum præstant, μαγειρικῶν, ὑγιεινῶν, καὶ περὶ ἐδεστῶν. Qui de plantis magicè & superstitiosè scripserunt, vt Orpheus & Democritus, quem sæpè deridet Plinius, indigni sunt mentione. Sunt qui ex supradictis modis, duos tresve aut plures coniunxerint: Sunt quorum scripta partim extent, partim amissa sint. Quamobrem non inueni commodiorem simul faciliorémque rationem, quàm alphabeticam: cui hoc etiam accedit commodi, quòd nihil opus sit eadem diuersis in locis repeti, id quod omnino faciendum fuisset tractationis discrimen sequenti: vt in Theophrasto, qui non physicè tantùm, idque bifariam, vt dixi, de plantis agit, sed etiam historicè & medicè passim, & similiter in aliis pluribus. Porrò licet nonnulli recentiorum parum Latinè aut doctè scripserint, & erudito hoc sæculo ab omnibus contemnantur, nolui tamen illos silentio præterire, quòd harum rerum studiosi & curiosi homines, in plerisque omnibus etiam barbaris libris (quos ab iis solis qui iam iudicio valent, optimis legendis primùm exercitati, versari velim) non inutilia quædam reperiri sint, quamuis & pauca, & vix digna fortassis ea temporis iactura quæ in istis inquirendis insumitur. Sed quidam adeo curiosi sunt, vt quodcunque studium sibi ex-

colendum sumpserint, in eo vt excellant, minutatim omnia perquirant. Mihi quidem ipsi hæc authorum commemoratio iucunda est, & gratitudinis quoddam officium cuique pro scriptis & lucubrationibus suis, quibus posteritati consultum, quantum in se esset, quisque voluit, hisce enumerandis fermè præstare mihi videor.

Græci qui de Plantis scripserunt.

A

AEtius, vide in Cl. Galeno.

Alexander Magnus, quære in Herme.

Alexias Rhizotom⁹ in Thrasya dicetur,

Anaxagoras Physicus Philosophus citatur à Theophrasto de Hist. 32. vbi de generatione plantarum agit.

Andream qui multa superstitiosè & arroganter scripsit, relinqui suadeo: & multò magis Pamphilum, qui ne in somnis quidem vnquam vidit stirpes illas, quarum effigies describere conatur. Tales enim homines, vt & Tarentinus Heraclides eos comparabat, simillimi sunt præconibus, qui fugitiui alicuius mancipij, etiam nunquam ab eis conspecti, notas quas auditu acceperint, describunt: & tanquam incantationis alicuius verba

verba proferunt, ne si proximè quidem astaret, illum quem describunt cognituri, Galenus Κρατεύας ὁ ῥιζοτόμος, ϗ Ἀνδρέας ὁ ἰατρὸς, (hi enim cæteris diligentiùs hanc partem tractasse videntur) vilissimas radices multas herbasque aliquot inde scriptas reliquerunt. Veruntamen pro antiquioribus testandum illud est, in paucis quæ tradita ab eis fuerunt, quod exactum erat eos tradidisse. Dioscorides.

Brunfelsius Andream Chium herbarũ scriptorem in primo Dioscoridis libro memorari ait: ego Chij cognomen (vt sic appellem quod gentile est) nusquam legisse memini. Nam Plinius etiam Andream Medicum persæpe citãs, primùm libro vicesimo, deinde sex proximè sequẽtibus, patriæ nomen, quod equidẽ sciam, nusquam adiecit.

Andream Medicum de serpentibus, & de iis quæ falsò creduntur, scripta quędam reliquisse author est Athenæus. Eiusdem libri qui Νάρθηξ inscriptus sit, meminit Scholiastes Nicandri in Theriacis.

Androcides animaduersa brasicæ natura viti infensa, ex eadem remedium contra vinũ & ebrietatem inuenit. Theophrastus circa finem libri quarti de hist. Pl. & ex eo mutuatus Plinius 17. 24. qui raphanum vocem Græcam reliquit, Gaza meliùs brassicam transtulit. Idem nimirum fuit Andracydes, quando & temporis ratio congruit, qui (vt refert Plinius 14. 5.) ad regem Alexandrum scripsit: Vinum

potaturus, ô rex, memento te bibere sanguinem terræ, &c.

Androtion author est myrtum & oleá maximè purgatione egere, Theophrast. de hist. plan 2 8. Idem à Varrone & Columella nominatur inter rei rusticæ scriptores quorum patria ignoratur: item à Plinio inter eosdem, libro 8. & 10 14.15.17.18.

Antigoni cuiusdam verba de lauro & dauco refert Nicandri Scholiastes in Theriacis.

Apollodorus de odorib. scripsit, Plinius libro 12. & 13 Idem lib 20. & 24.

Apollodorum Tarentinũ & alterũ Cittiensem, ambos Medicos commemorat.

Apollonius medicamenta parabilia conscripsit, Galen. in pręfatione lib. 6. de simplicibus, vbi simplicium pharmacorum scriptores enumerat. Non exprimit autem, cuias is fuerit, cũ plures hoc nomine Medici fuerint, vt Antiocheni duo, Memphites, Pitanæus, & quartus cognomento Myś. Memphitem quidem aliquid de plantis condidisse ex Scholiis in Nicandri Theriaca constat. Claudij Apollonij Medici secundo de antidotis Galenus meminit. Sed parabilium remediorum scriptores alij etiam plures sunt, qui non ex professo de stirpibus, sed obiter quædam de eis prodiderunt.

Archigenes inter recentiores Medicos in Therapeuticis suis libris multa passim de vsu remediorum scripsit, Galenus.

Archi-

Archilochus cityſum ait vtilem eſſe pecori, quia lac auget, Nicandri Scholiaſtes in Theriacis.

Ariſtenas ceu qui de plantis aliquid ſcripſerit, Ibidem.

Ariſtogiton anonymon herbam celebrauit, Plinius.

Ariſtophilus pharmacopola Plataicus vires quaſdam herbarum mirabiles compertas ſibi eſſe dicebat, Theophraſtus de hiſtor. Plantarum 9.19.

Ariſtotelis de Plantis libri obſcuri ſunt, ꝓpter illam per diuerſas linguas mutationem obſcuriores etiam facti. Trāſtulit eos Andreas de Lacuna, & alius quidam innominatus. Citantur alicubi ab Athenæo. Noui Auguſtini Niphi coniecturam, qui Theophraſto adſcriptos libros Ariſtotelis eſſe putat: & duos illos breues.

Ariſtoteli attributos, Theophraſti eſſe non probo.

Ariſtotelis problemata de ſtirpium genere & oleraceis, problematum eius ſectione 36. leguntur.

Aſclepiades Medicus citatur à Plinio libris 7. 15. 20. & aliis ſeptem deinceps. Plurima autē de eo ſcribit libro vigeſimo ſexto capite tertio. item libro ſeptimo, capite 37. & libro 25. capite 1.

Nemo æquè de omnibus medicamētis ſimplicibus ſcripſit, ac Dioſcorides, niſi quis

etiam Tanitrum Aſclepiadis (τάνιτρον τοῦ Ἀσκληπιάδου) laudet: qui ſane meretur laudari, præterquam in iis vbi cauſas rerum aſsignare conatur. Galenus. Ego Tanitrum libri alicuius inſcriptionem eſſe, conicio, cuius author ſit Aſclepiades.

Aſclepiodotus Alexandrinus à puero ferebatur promptiſsimi inter æquales ingenij & doctiſsimus eſſe, ita vt curioſus de quauis re obuia interrogaret ſiue naturali ſiue artificiali. Itaque breui tempore omnino perceperat tum colorum, quibus tinctores vtuntur, mixtiones omnes, & omne genus tincturæ ad veſtes pertinentes, item innumeras lignorũ differentias, & quomodo fibræ ipſarum ſecundùm rectum different, aut quomodo contextæ eſſent. Quin & lapidum herbarumque variæ facultates ac ſpecies, tum communiũ tum rariorum, omnibus modis ab eo inquirebantur ac inueniebantur. Quamobrem multum negotij faceſſebat rerum ſingularum profeſſoribus, ſæpe illos conueniens, & ſingulatim q̃ accuratiſsimè inquirens. Plantarum quidem hiſtoriam maximi faciebat: & magni etiam animalium, partim ipſe ſuis oculis perdiſcens & explorans quantum poterat, partim inquirens ab aliis quàm diligentiſsimè, & omnia de iiſdem veterũ ſcripta perlegens, &c. Suidas.

Baſſus

B

BAssus Tylæus, vide in Sextio Nigro.

Iulius Bassus (homo Romanus aut Latinus saltem) Græcè de Medicina scripsit, citatus à Plinio lib. 24. & 26.

Bion Solensis citatur à Plinio cùm alibi, tũ libris 14. 15 17 10. in quib. de vitibus, arboribus & agricultura docet, & libro 28. Cæcilius Bion qui scripsit περὶ δυνάμεων, inter externos: Cæcilius vero Medicus simpliciter libro 29. inter Latinos authores.

C

CÆcilius, lege Bion.

Callimachus & Mẽstheus Medici apud Græcos de coronis priuatim scripsêre, quæ nocerent capiti. Plinius 31. 3.

Callimachum de trifolio scribẽtem Nicandri interpres in Theriacis citat.

Castritius, Cesennius & Firmus Cepurica, .i. de re hortensi scripserunt, Plinius lib. 19. inter Latinos authores.

Cesennius in Castritio dictus est.

Chæreas Atheniẽsis aliquid de plantis scripsit, circa carduos & spinas diligentissimus teste Plinio lib. 20. capite 23. Citatur & ab eodem libris 8. 10. 12. 14. 17. 18.

Chrysippi volumina referta herbarũ mentione inuenimus. Plinius. Idem lib. 20. Chry-

sippus Medicus, inquit, priuatim volumen Brassicæ dicauit, per singula membra hominis digestum.

CI. Galeni libri doctissimi de simplicibus medicamentis extant vndecim, pro quibus vt plurimum illi debere nos fateor: ita miror tam doctum & excellentem hominem, & diuitiis omnique occasione noua experiendi affluentem, non solùm tamen plantas nouas nullas descripsisse, neque veterum nomina sui sæculi, aut aliarum linguarum nominibus interpretatum esse, verùm etiam plurima à Dioscoride aliisque tradita preteriisse. Quod forsitan fecit, quòd in ipsa arte elaboráda plus temporis ponendum existimaret, & materiam medicam satis abunde nobis suppetere, magisque vt ea quæ in promptu & communia sunt penitius cognosceremus secundùm primas & singularum secundas qualitates, & insuper experientiam, opus esse putaret, quàm multis, variisque & incertis nouis absque fine perquirendis occupari. Hæc excusatio etiamsi alicuius momenti est, non omnino tamen mihi satisfacit. nam ne in illis quidem quæ tradit, experientiam suam nobis approbat: cùm in plurimis appareat, eum de facultatibus stirpium, earumque gradibus, vt vocant, non eo quo debebat modo pronunciare, primis qualitatibus ad secundas progrediendo, aut ex gustu & sapore de eis iudicando: sed viceuersa, ex secundis qualitatibus

bus quas Dioscorides aliique eis attribuunt, de primis iudicium ferendo : quod vt fieri aliquando potest, cùm simplices remediorum sunt facultates, ita cum eadem partibus & viribus diuersis constant, fieri non potest, multò minùs verò ex tertiis qualitatibus secundas ac primas inuenire est, at secundas & tertias ex primis faciliùs atque certius. Hinc equidem conicio, plantas illas in quibus eum iudicandis quo dixi modo errare contigit, vel ignotas ei prorsus, vel per negligentiam, vel quòd nimium suo iudicio tribueret, inter scribendum non gustatas esse, aut vllo experimento probatas. Hæc & nostra iam olim fuit sententia, & postea Valerium Cordum, & alios quosdam à simplicium medicamentorum cognitione laudatos homines similiter sensisse intellexi. Eandem reprehensionem & maiorem etiam merentur, Aegineta, Aetius & Oribasius, qui similiter vt Galenus aliorum ante se multa medicamenta omisit, sic ipsi multa Galeni, & insuper tantum eius authoritati tribuerunt, vt ne latum quidem vnguem ab eius iudicio vsquam discesserint, & nihil fere prorsus de suo adiecerint: sed omnia sua ex Galeno vel iisdem verbis, vel breuiùs aliquanto repetierint. Itaque hac in parte multo magis laudauerim Arabes, qui inter cætera quæ à Græcis mutuantur, multa passim de suo & Græcis incognita addiderũt & posteritati cõmunicarũt.

Sed his vt hoc facerent, maior occasio fuit, vt qui in alia orbis parte, & posteriores tempore vixerunt. Attribuitur etiam Galeno de simplicibus liber ad Paternianum, qui Latinè tantùm, etsi parum Latinè circumfertur, nullo interpretis nomine adiecto, neque equidem ex Græco translatum puto. Græcè non exstat. Capita sunt 299. enumeratis ordine alphabeti Latini medicamẽtis. Insunt Barbara quędam & Arabica vocabula. Nihil ferè, ni fallor, in eo legitur quod non ab aliis authoribus meliùs & puriùs editum habeamus. Item de centaurio minore libellus.

Galeni librum de 46. plantis habemus cum Commentario Humain, Gentilis.

Cleodemi sententiam de generatione plantarum adfert Theophrastus de hist. pl. 3 2. vbi Græcè Κλείδημος legitur, alibi verò Κλείδημος, Clidemus, vt lib. 5. cap. 12. de causis, vbi de morbis arborum loquitur: & eiusdem operis libri primo cap. 10. causam inquirẽs, cur calida hyeme potiùs germinent, æstate frigida.

Cleophanti Medici nomen frequens legitur in historia Plinij à libro vicesimo vsque ad 27. libro 26. vini rationem ab eo illustratam scribit, & alibi vixisse eum ante Asclepiadem.

Crateuas, Dionysius, Metrodorus, de herbis Græcè scripserunt, ratione blandissima, sed qua nihil penè aliud quàm rei difficultas intelligatur. Pinxêre namque effigies herbarũ, atque ita subscripsęre effectus. Verum & pi-

ctura fallax eſt, & coloribus tam numeroſis, præſertim in æmulatione naturæ, multum degenerat tranſcribentium ſors varia. Præterea parum eſt ſingulas earum ætates pingi, cùm quadripartitis varietatibus anni faciem mutent. Quare cæteri ſermone eas tradidere: aliqui ne effigie quidem indicata, & nudis plerunq; nominibus defuncti, quoniam ſatis videbatur poteſtates vimque demóſtrare quærere volentibus, Plinius: à quo paſsim citatur lib. 20. & ſepté proximè ſequentibus. Crateuas rhizotomus, diligenter quidem ſcripſit quæ ſcripſit de radicibus & herbis, ſed multa præteriit, Dioſcor. Galenus reprehendit illos qui herbarum & aliorum remediorum cognitionem ex libris & deſcriptionib. magis quàm præceptoribus petunt: & ſimiles eos ait eſſe *τοῖς ἐκ τῶν βιβλίων κυβερνήταις*, id eſt, nauium gubernatoribus qui artem ex commentario aliquo hauſerint. Si quis tamen, inquit, huiuſmodi deſcriptionibus egeat, nemo tam miſer (aut imperitus) eſt, qui in Dioſcoridis, Nigri, Heraclidæ, Crateuæ, & aliorum quàm plurimorum qui in arte iſta conſenuerunt, libros ſit neglecturus.

Crateuæ *ῥιζοτομικῶν* Nicandri Scholiaſtes in Theriacis allegat: vbi etiam legimus inueniſſe eum Thapſum herbam in Thapſo inſula vna Sporadum.

Extat ad ipſum Hippocratis epiſtola, quæ eum laudat tanquam optimum rhizotomon;

quòd & ipse exercitatus sit in hac arte, & à maioribus eam acceperit.

D

DAlion herbarius citatur à Plinio lib. 20. cap. 17. & sequentibus aliquot libris, & in iisdem etiam Damion Medicus.

Damocrates trimetris iambicis Iberidem herbam celebrauit in libr. qui Clinicus inscribitur, quos recitat Galenus lib. 10. de compos. phar. sec. locos in cura ischiadicorum, alibi etiam tum eodem in opere, tum in eo quod est de compositione secũdùm genera, & libro secundo de antidotis, versus ipsios de medicamentis quibusdam compositis refert.

Seruilius Damocrates inuentor & buccinator herbæ quam iberida appellauit, qua cũ omnes suos ægros curabat, Plinius 25. 8.

Democritus peragratis Persidis, Arabiæ, Æthiopiæ, Ægyptiq; magis, volumen de herbarum effectu composuit, & similiter Pythagoras, Plin.. Citatur Democritus apud Theophrastum de hist. plan. 1. 8. & de causis 2. 16. & 6. 1. Ex duobus quidem prioribus locis ipsum etiam de plantis, quod ad causas, literis mandasse nonnihil, satis clarum fit.

Democritus in libro Chirocinetum inscripto de herbis quibusdam magicis mirabiles effectus tradit, quos repetit Plinius 24. 17.

Diagoram Medicum de plantis aliquid cõposuisse apparet ex frequenti eius citatione apud

pud Pliniũ libris 12.13.20. & seq. aliquot. Libri vicesimi capite 18. mentionem eius facit in opio seu papaueris succo parando.

Dieuches multa obiter de vsu remediorum scripsit in therapeuticis suis voluminib. Galenus, citatur etiã passim à Plin. lib. 20. & 7. deinceps De Brassica priuatim scripsit, eod teste.

Diocles Carystius rationalis sectæ Medicus & herbariæ medicinæ studiosus fuit, aliquoties citatus à Galeno, Plutarcho, Scholiaste Nicandri in Theriacis: item à Plin. lib. 20. & 7. seq. Dioclis Carystij volumina, qui secundus ab Hippocrate ætate famaque extitit, referta herbarum mentione inuenimus volumina. Plinius 26.2. Idem Galen. testatur. Athenæus huius Dioclis ὑγιεινὰ citat.

Diodotus, Niger & Petronius Medici, Asclepiadæ omnes, Commẽtarios de vsitata materia Medica scripserunt, &c. Diosc vide in Nigro. Plinius lib. 20 circa finẽ cap. 8. Petronius Diodotus (inquit) qui Antilegomena scripsit, in totum damnauit serin, multis modis arguens. Eundem (Petronium Diodotum) aliquoties libris 4 sequentibus nominat, & Diodoti Empirica, libro 20 cap 12.

Diogenes Physicus Philosophus citatur à Theophrasto de hist. plan. 3. 2. vbi de generatione plantarum agit.

Dionysius scriptor περὶ φυτῶν memoratur à M. Varrone de re rust. 1. 1. Plinius Dionysium effigies herbarũ pinxisse ait, vt in Crateua recẽ

taui. Idē alibi sæpè in plātarū mētione Dionysij Medici authoritate vtitur, libris 12. 13. 20. & septē deinceps, & Salustij Dionysij Medici libro 32. cap. 7. ex ramis remedium describens.

Dionysij ῥιζοτομικὰ, Nicandri in Theriacis Scholiastes adducit.

Dioscorides vide Pedacius.

Diphilus Siphnius Medicus reliquit librū de alimētis, vel vt Athenæus citat, περὶ τῶν προσφερομένων τοῖς νοσοῦσι καὶ ὑγιαίνουσιν, in quo multa passim de stirpibus & alimento ex eis docuit.

E

EPænetus de oleribus scripsit, Scholiastes Nicandri in Theriacis.

Epicharmi Medici mentio fit apud Plinium lib. 20. & septem deinceps.

Erasistrati volumina referta herbarū mentione inuenimus, Plinius.

Euax rex Arabum de simplicium effectibus ad Neronem scripsit, Plinius: insinuat autem eum Græcè scripsisse. Extat hodie libellus Latinis carminibus ineptis exaratis, qui in hunc regem authorem refertur.

Eudemus pharmacopola hac in arte facilè princeps: & alter Chius Eudemus arte minimè laudatus, nominantur 9. 18.

Eudemus hic fuisse videtur, cuius in Pluto Aristophanes meminit, tanquam pharmacopolæ annulos vendentis contra venena & serpentium morsus.

Athe-

Athenæus libro 9. Dipnos. ex Eudemi Atheniensis de oleribus libro verba quædá recitat. Idem libro primo Euthydemi cuiusdam qui de oleribus scripserit, meminit. Euryphon in Therapeuticis suis voluminibus passim quædam ad plantas pertinentia adfert, Galenus.

G

GLaucias Medicus aliquid de herbis conscripsit, circa carduos diligentissimus, referente Plin. lib. 20. c. 23. Idem sequentib. etiam 7. libris aliquoties eundé authorem nominat.

Glaucon bupleuron olus laudauit in medicina, Plinius 22. 22.

H

HEraclides Tarentinus & Iolas Bithynus medicamenta simplicia paucis attigerũt, re herbaria prorsus relicta, metallorum quoq; & aromatum nulla mentione facta. Dioscorides in præfatione. Ego eos de radicibus & liquoribus potius quàm de herbis egisse puto, ná & pauló pòst radices & herbas distinguit Dioscorides. Galenus hunc authoré de pharmacorum apparatu & delectu præcepisse ait: vnde videri posset descriptiones ac vires, herbarum præsertim, præteriisse: nisi rursus hæc Galeni verba eodem in loco (in præfatione libri 6. de simpl.) legerentur: Si quis plantarum descriptionibus egeat, Dioscoridis, Nigri, Heraclidæ, Crateuæ & aliorum qui in arte ista

consenuerunt, libros sibi comparabit.

Heraclides Tarentinus citatur à Plinio lib. 12. & 13. & Heraclides Medicus in eiusdé duodecimi libri authorum catalogo tanquam diuersus, quod mihi non videtur, & libro 23. & quatuor sequentibus.

Hermæ Ægyptio attribuitur quidam liber continens herbas sacras triginta sex horoscoporum, ex quo Pamphilus aeton, id est, aquilam dictam herbam commemorat, Galenus: addens, hæc omnia nugas esse, & ab authore excogitata, nec vsquam in natura extare herbas illas triginta sex. Ego apud Aggregatorem sæpe inuenio Thessalion quendam citatum, qui herbis nomina à Zodiaci signis indit. Vide & Iatromathematica Hermæ Trismegisto attributa, in quo medicaméta aliquot simplicia, calida primum, pòst frigida enumerantur.

Apud Græcos est quidam liber Alexandri Magni de septem herbis septem planetarum: & alter, qui dicitur Thessali mysteriū, & Hermes, id est, Mercurius de 12. herbis 12. signis attributis, & 7. aliis herbis per 7. stellas. Hi libri rectè huic operi præponentur, Gerardus Cremonensis in præfatione sua in libros Kiranidis à se translatos.

Herophilus clarus medicina herbarum studiolus fuit maximè, vnde & dictum ab eo ferunt, quasdam fortassis etiam calcatas prodesse, vt refert Plin. 25. 2. Hinc fortè aniculæ Medicæ cal

cę calceis quasdam imponi iubent, vt chelidoniū contra auriginē. Meminit etiā eius Galenus lib. 2. Therapeut. Et in præfatione in sextum de simplicibus, de vsu remediorum multa passim in therapeuticis ipsius voluminibus reperiri scribit.

Herophilo quanquam subtilioris sectę conditori, ante omnes celebratam rationem eam, (per herbas medēdi, legimus:) paulatim (post veteres illos Medicos) vsu ad verba garrulitatemque descendente. Sedere namque in his scholis auditioni operatos gratius erat, quàm ire per solitudines, & quærere herbas alias aliis diebus anni, Plinius 26. 2. qui & sequente mox capite huius authoris meminit, & rursus 29. 1.

Hicesius de conditura vini scripsit, Plinius lib. 14. cap. 19. qui & inter Medicos hunc authorem nominare solet libro 20. & septem sequentibus. & 27. 4. Hicesius non paruæ authoritatis Medicus anonymon herbam celebrauit.

Hippocratis, qui primus medendi pręcepta clarissimè condidit, referta herbarum mentione inuenimus volumina, Plinius. Idem testatur Galenus in præfatione libri sexti de simpl. med.

Hippon etiam aliquid de plantis scripsit, vt apparet apud Theophrastum 1. 6. & 3. 3. de hist. plant.

I

IOlas (Ἰόλας) Bithynus materiam Medicam tractauit, sed imperfectè. Vide suprà in Heraclide Tarentino. Apud Plinium vbique Iollas per L duplex scribitur: à quo citatur libris 12. 13. & 20 & sequentibus septem & 33. 34. 35. In Nicádri Theriacorum Scholiis Iolaus pro Iola non rectè legitur.

Iubę regis in Aphrica authoritatem sæpissimè de plantis quibusdam peregrinis scribens adfert Plinius lib. 13. 14. &c. Nunquam autem ex professo hunc regem de plantis scripsisse puto, sed historias earum expeditionibus & peregrinationibus suis à se descriptis obiter inseruisse, vt animalium quoque.

Celebrauit inter alia herbam Euphorbiam, Plinius 25. 7.

Iulius, Bassus, vide in Basso.

L

LYcus Neapolitanus Medicus citatur à Plinio libro 20. cap. 20. vbi de atriplice scribit & aliquoties in septem deinceps libris, & alibi semper inter externos, & inter Medicos, vbi illorum nomina separat.

M

MAnteas (Μαντέας) scripsit de medicamentis purgantibus, & clysteribus: item de

de remediis secundùm partes corporis humani, Galen.

Medius Medicus citatur à Plinio lib. 20. & septem deinceps.

Menander qui Biochresta scripsit, citatur Plinio libro 19. & octo sequentibus, nec inter Medicos numeratur, etsi pleraque omnia, ni fallor, vbi nominatur, ad plantas pertineant.

Menestor citatur à Theophrasto de hist. pl. 1. 3. & 5. 4. & 5. 10. & de causis plan. libro 1. cap. 21. & eiusdem libri cap. 26. in quibus locis omnibus aliquid ab eo quod ad plantas pertineat, proditum refertur, item 2. 5. de causis.

Menetheus quidam ulcerum..., scripsit nomenclaturas pharmacorum, vt refert Galenus in Glossis in dictione βίνιγας Sed quærendum, an vox corrupta, neque enim vsitatum inuenio huiusmodi proprium nomen, nec etymon apparet.

Menodorus Erasistratus Medicus fuit, Hicesij amicus, cuius de cucurbitis scripta Athenæus repetit, lib. 2. Sympos.

Metrodorus herbas depinxit: vide suprà in Crateua. Plinius libro 21. & sex sequentibus. Metrodorum Medicum non rarò citat.

Mictonis (Μίκτων⊙) rhizotomica Scholiastes Nicandri in Theriacis adducit. Plinius lib. 20. & septem sequentibus non Mictonem sed Mictionem Medicum nominat: & lib. 28. Mictionem Smyrnæum.

Idem libro 20. cap. 13. Mictionis rhizotomu-

mena memorat, ego rhizotomica potius dixerim.

Mnesidis Medici de Opio sententiam Plinius profert lib. 20. cap. 18. & libris septem sequentibus, & lib. 13. & 33. 34. 35. sæpè hunc authorem nominat.

Mnesthei Atheniensis Medici volumen περὶ ἐδεστῶν, hoc est, de iis quæ in cibo sumuntur, Athenæus prædicat lib. 2. Dipnos.

Mnestheus de coronis priuatim scripsit quę nocerent capiti, Plinius 13. 3. Eiusdem subinde meminit lib. 29. & septem sequentibus.

Musęus post Orpheum & Hesiodus, polion herbam mirati sunt, Plinius 25. 1.

N

NIcandri Poetæ Theriaca & Alexipharmaca extant, quibus passim multas herbarũ descriptiones ac vires intermiscet. Citatur à Dioscoride (vt in morsu cenchri) & Plinio. Et mihi quidem videtur Dioscorides plurima à Nicandro mutuatus, cùm eadem præscribant in plerisq; omnibus venenis tum signa tum remedia, & herbis quas describunt, notas easdẽ ferè attribuant, vt nihil apud Nicandrum sit quod non apud Dioscoridem quoq; legatur, aut potius ambo ex vno quodã tertio sua descripserunt. Plinius Nicandri authoritate vtitur libris 8. 10. 11. 20. & septem deinceps. Item 29. 31. 32. 36. 37.

Niceratus Medicꝰ, vide mox in Nigro. Mal-

ta de

ta de re medica scripsit, sed nihil tam probatur Cælio Aureliano quàm commentarium eius de Catalepsia. Nominatur à Plinio libro 31.

Niger, Plinio Sextius vel Sestius, homo Latinus Græcè de Medicina scripsit, citatus à Plinio libris 12. 13. 14. 20. cum decem sequentibus, & 32. 33. 34. Qui plantarum descriptiones desiderat, Nigri, Dioscoridis & aliorum qui in arte ista consenuerunt, volumina facilè sibi comparabit, Galenus. Ego pleraq; à Plinio citata ex Sestio Nigro, apud Dioscoridem reperio, vt sunt loci de castoreo, salamandra, maluis, & nasturtio, in quo tamen quædam Plinius è Sextio citat, quæ apud Dioscoridem non leguntur. Recentiores vt Bassus Tylæus, Niceratus, Petronius, Niger & Diodotus, Asclepiadæ omnes, communem notamque omnibus & in vitæ humanæ vsu quotidianá materiam exacta descriptione dignati, medicas remediorum vires & probationes in decursu tradiderunt: non experientia rerum vires, probationes & efficaciam metientes, sed vano de causis sermone vsque ad contentionis rumorem, vbique rem extollentes & alia pro aliis aliquando describentes. Siquidem qui inter eos excellere Niger videtur, multa passim falsa tradidit, vnde apparet pleraque non vt ipse viderat, sed ex historia aliorumq; traditionib. docuisse, Dioscorides.

O

OLympias Thebana Medicinæ perita, citatur frequenter à Plinio libro 20. & septem deinceps.

Ophion Medicus aliquoties legitur apud Plinium lib. 20. & sequentibus septem circa plantas & earum vires, etsi impressi codices Opion habeant. in catalogo quidem authorum, hoc est, primo libro semper Ophion scribitur.

Nominatur & Ophilius Medicus libro 28. Plinij.

Oribasius ex Dioscoride plantarum descriptiones ordine alphabeti digessit.

Orpheus primus omnium quos memoria nouit, de herbis curiosius aliqua prodidit, Plinius. Et mox Orpheus & Hesiodus suffitiones commendauêre.

Extant etiamnum huius curiositatis indicia in libro qui hymnos continet, siue huius siue alterius Orphei, vbi semper quæ singulis diis suffiri debeant, initio singulorum hymnorum nominantur.

P

PAmphilus de stirpibus volumen edidit ordine literarum, in quo sæpè fabulas quasdam aniles recenset, & superstitiosa quædam describit, & incantationes, quibus in eruendis herbis

herbis quidam vtuntur: Quin & amuleta quędam & alia vana, non curiosa solùm & extra rem medicam, sed & falsa omnia. Solet autem vnicuique herbæ primùm varia nomina temerè adiicere, & Ægyptia, Babylonia, & quæ quidam peculiariter aut symbolicè eis imposuerunt, (hinc nimirum adiectæ sunt illæ quæ in nonnullis exemplaribus Dioscoridis reperiuntur nomenclaturæ.) Deinde metamorphoses addit, si quem hominum fortè in stirpem mutatum esse in fabulis sit: tum incantationes, sacrificia & suffimenta quæ circa herbas eruendas à nonnullis obseruantur, & alias huiusmodi nugas ac superstitiones: cuius generis etiam hoc est, quod herbas alias aliis diis aut dæmonibus sacras facit, & quasdam à syderibus vel horoscopis denominat. Sed apparet eum nihil quàm grammaticum fuisse, nec vidisse herbas de quibus scribit (vt supra etiá in Andrea dictum est) nec vires earum expertum esse, & quibusuis aliorum scriptis temere fidem adhibuisse, Galenus.

Pamphilus in Glossis αἴγλην à Romanis inquit κίτρον, apellari, Athenæus lib. 3. Et alibi aliquoties citat Pamphili Alexandrini de nominibus & glossis librum. ego eundem hunc Alexandrinum grammaticum cuius Pratum dictionum Suidę dictionario accessit, de plantis etiam scripsisse puto.

Paulus Aegineta Galeni de simplicib. medicamentis libros in compendium redegit.

Pedacius, vel vt alij malunt, Pedanius Dioscorides, Anazarbeus, miles sub Antonio & Cleopatra, omnem materiam medicam omnium absolutissimè scripsit, Galeno etiam teste, &c. de quo plura in Bibliotheca scripsimus, & ipse de suo opere satis multa in præfatione dicit.

Dioscoridem cum ipsa Cleopatra vixisse Suidas author est, & libros viginti quatuor medicinales ab eo conscriptos. Quos libros nihil aliud continere quàm illos qui habentur puto, ordine viginti quatuor apud Græcos literarum digestos, quo ordine etiam hodie reperiri eos audio.

Petrichus, πέτριχος. Caucalis illinitur & contra venena marinorum, sicut Petreius in carmine suo significat, Plinius 22. 22. Ego Petrichum hunc authorem esse puto, qui & carmine scripsit & Ophiaca, hoc est, remedia serpentium & venenatorum, quæ à Nicandri Scholiaste aliquoties citátur, nec refert quòd Petreius alibi etiam sæpè in Plinio legatur, item Petreius & Petridius libro primo in catalogo authorum à libro 20. vsque ad 27. semper enim hoc nomen eodem ordine & inter medicos ponitur, vt à Petricho vbique corruptum facilè intelligatur. Petrichus qui Ophiaca scripsit, Plinius 20. 23. Hæc scripseram cùm reperi Gyraldū in opere suo de Poetis, Plinij loco suprà citato ex libro 22. Petricum legere, sine aspiratione, nimirum emendatio.

datiore codice vſum. Etiamſi verò hoc in opere Petrichus de animalibus venenatis eorumq́; remediis agat, multus tamen obiter eſt in plantis etiam & earum viribus ſcribendis.

Petronius, vide in Diodoto.

Phanias Phyſicus Medicus qui de ſtirpibus ſcripſit, citatur à Plinio lib. 21. & ſex deinceps. Athenæus Ereſsium & peripateticũ fuiſſe ſcribit, quintum eius de plantis librum adducens libro tertio Dipnoſophiſtarum, & rurſus libro nono. Reperio & Φαινίας aliquoties apud eundem per αι, quod non placet.

Philippus & Archigenes inter recentiores multa vtiliter de vſu remediorum ſimplicium in Therapeuticis ſuis voluminibus ſcripſerũt, Galenus in præfatione lib. 6. de ſimpl. Quidam pro Philippo hîc Pamphilum legunt, ſed perperam: cùm Pamphilum Galenus omnino relinquẽdum, vt qui prorſus inutiliter ſcripſerit, ſuadeat, neque vlli eius therapeutici libri vt Archigenis & Philippi ferantur.

Plinius 18. 31. Philippum quendam citat qui aſtronomicum aliquid reliquerit.

Philippus Cous primus Empiricam ſeparauit à Logica, rationes accipiẽs ab Herophilo cuius diſcipulus fuit, Galenus in Iſagoge.

Philiſtion Medicus nominatur à Plinio lib. 20. & ſeptem ſequentibus, ita vt appareat eum permulta ex plantis remedia tradidiſſe.

Philotimi liber περὶ τροφῶν, hoc eſt, de alimentis memoratur Athenæo libro ſecundo.

Phyllinus Medicus nominatur à Plinio lib. 20. & septem sequentibus.

Plistonicus & Praxagoras in therapeuticis suis voluminibus non pauca passim de vsu simplicium pharmacorum docent.

Plistonici frequens mentio fit apud Pliniũ lib. 20. & septem deinceps, & 36.

Plutarchus etiam nominatur in Scholiis Theriacorũ Nicandri, tanquam de virib. herbarum aliquid scripserit, forte obiter tantum.

Praxagoræ & Chrysippi volumina referta herbarum mentione inuenimus, Plinius: qui passim eius authoritate vtitur libro 20. & septem sequentibus. Vide in Plistonico.

Pythagoras mirabiles quasdam herbarum effectus tradit in libro quem quidam Cleomporo Medico ascribunt, sed Pythagoræ pertinax fama antiquitasq; vindicát, Plinius 24. 17. Et alibi; Pythagoras clarus sapientia, primus (etsi prius scripserit Orpheus, sed pauca quędam curiosa) volumen de herbarum effectu composuit. Composuit & Democritus, ambo peragratis Persidis, Arabiæ, Aethiopiæ, Aegyptique magis regionibus.

Et alibi: Brassicam priuatim celebrauit, vt & M. Cato.

R

RVfus Ephesius libros quatuor de herbis hexametro carmine condidit, & multa passim remedia in therapeuticis suis libris describit;

describit, Galenus. Aldus olim Venetiis cum Dioscoride Græco carmina aliquot Græca de viribus quarundam herbarum excudit, authoris incerti, quæ an Rufi sint, aliis inquirendum relinquo.

S

SAlustius Dionysius, vide Dionysius.

Satyrus quidam nominatur à Theophr. de hist. plant. 3. 12. ita vt de plantis aliquid scripsisse videri possit.

Seruilius Damocrates, vide Damocrates.

Sextius aliàs Sestius, vide Niger.

Simus Medicus super viribus herbarũ quarundam memoratur à Plinio, libro 21. & sex deinceps.

Solon Smyrnæus atriplex difficulter in Italia nasci tradidit, Plin. lib. 20.

Soranus Ephesius, qui sub Troiano & adhuc sub Galeno vixit, composuit libros aliquot pharmacorum, Cælio Aureliano teste.

Sosimenes Medicus stirpium aliquot vires prodidit, citante Plinio libro 20. & quinque sequentibus.

Symeon Sethi librũ de cibariorum & condimentorum facultatibus condidit Græcè, quem & Latinum habemus Lilio Greg. Gyraldo interprete.

T

TAnitrus, vide in Asclepiade.

Themison celebrauit vulgarem herbã plantaginem volumine de ea ædito.

Theophrasti libri de historia deque causis plantarum, noti sunt omnibus: de quib. nonnihil supra in Aristotele diximus, plura autem in primo Tomo Bibliothecæ. Et in libris quidem de historia inscriptis, stirpium genera, species, ac differentias describens, historias quoque passim siue descriptiones & medicas facultates aliosque vsus admiscet. In libris verò de causis planè Physicum agit, variorum quæ circa plantas eueniunt affectuum causas reddendo. Theodorus Gaza horum voluminum interpres in multis reprehendi potest, sensum authoris non assequutus, vt ego ipse collatis plerisq; locis diligenter obseruaui. Idem dixerim de locis quæ ex hoc authore Plinius transtulit.

Theophrasti φυτικῶν liber decimusquartus citatur à Scholiaste Nicandri in Alexipharmacis, vbi os in persico caryon appellari docet.

De floribus scripsit Theophrastus apud Græcos: ex nostris autem inscripsêre aliqui libros Anthologicon: flores verò persecutus est nemo, quod equidem inueniam, Plinius 21. 3. Idem plerosque libros sui operis Theophrasti authoritate ornauit, nempe octauum

octauum & sex deinceps, & decimum sextum cum tredecim sequentibus: & 31. 35. 36. 37.

Thessalus, vide suprà in Hermè.

Thrasyas Mantinensis radicũ peritissimus habitus est, Theophrastus 9. 17. & 18. histor. Alexias quoque eius discipulus ingenij plurimum valuit acrimonia, nec infra illum bonis artibus fuit instructus, nam & reliquas medicinæ partes, quas ille non tenuit, is egregiè consecutus est, Idem 9. 17. historiæ plantarum.

Timaristi Medici mentio crebra apud Plinium lib. 21. & sex deinceps. Libro 26. non rectè pro Timaristo Timarchus scribitur.

Tlepolemus Medicus subinde nominatur Plinio in describendis plantarum viribus libro 20. & septem sequentibus. Primus quidẽ liber, id est, Catalogus authorum Theopolemum pro Tlepolemo perperam habet. Nos libro 20. capite 17. Tlepolemum legimus. Theopolemi certè nomen ominosius est, quàm vt eo vsus quisquam existimari debeat. Tlepolemus verò vsitatum est nomen, idem ferè quod Menæchmus significans.

Tryphonis Alexandrini φυτικὰ siue φυτῶν ἱστορίαν citat Athenæus libro 3. tribus in locis: & primo quidem secundum huius operis librum nominat.

Tykanion ceu qui de stirpibus aliquid condiderit, à Scholiastè Theriacorum Nicandri

nominatur. Eundem esse credo Tyrannioni nem Messenium philosophum, qui (Suida teste) de auspiciis & alia plura vtilia scripsit.

X

XEnocrates Aphrodisiẽsis homo curiosus & magicæ vanitatis non expers, condidit antiphrasim super diuersis & peregrinis stirpium nominibus, Galenus.

Eundem esse puto quẽ Plinius inter Medicos citat lib. 20. & decem sequentibus. Idem alium Ephesium nominat lib. 12. & 13.

LATINI VETERES.

A

AEmilius Macer Veronensis poeta, volucres & herbarum facultates carmine prosecutus est, de quo Ouidius in libro de Tristib.

Sæpe suas volucres legit mihi grandior æuo.
Quæq; nocet serpens, quæ iuuat herba Macer.

Meminit & Plinius Macri, eiusq; testimoniis vtitur, item Galenus libro 6. pharmacorum. Aemilius Macer (inquit Gyraldus) patriam habuit Veronam, sed diu Romæ versatus est, in poematis suis Nicandrum poetam imitatus, vt scribit Fabius, &c. Huius Macri nomine corruptores quidam & plagiarij, de herbis opuscu-

opusculum, carmine quidem concinnatum, sed rude & barbarum in vulgus dederunt. In eo quoque C. Plinius citatur, qui vno plus minus seculo post Macrum floruit. plura vide in Biblioth. nostra.

Aemilij Macri authoritate vtitur Plinius libris 9.10.11.& 17.

Antonius Castor.

Nobis Herbas plerasq; omnes, inquit Plinius, (à priscis descriptas) exceptis admodum paucis, contigit contemplari scientia Antonij Castoris, cui summa authoritas erat in ea arte nostro æuo, visendo hortulo eius, in quo plurimas alebat, centisimum ætatis annum excedens, nullum corporis malum expertus, ac ne ætate quidem memoria aut vigore concussis. Citatur autem à Plinio lib. 20. & septem sequentibus.

Antonius Musa Cæsaris Augusti Medicus de herbæ Veronicæ remediis 47. libellum ad M. Agrippam exarauit. Vide plura in Bibliotheca nostra.

C

CAius Plinius secundus in Historia mundi, quæ libris 37. constat, sedecim scripsit de stirpibus, nempe à duodecimo vsque ad vigesimum septimum, variis omnino modis de eis tractans, philosophicè, historicè, medicè, rusticè, magicè, &c. In hoc opere emen-

dando multi hactenus egregij viri desudarunt, quorum lucubrationes exstant. Nos nuper etiam Guilelmum Pellicerium episcopum Montispessulanensem emendatissimam horum voluminum æditionem parare audiuimus.

Magna pars Dioscoridis scriptorum in Plinij etiam historiis reperitur, cùm tamen Dioscoridem ipse nusquam citet, aliis nimirum authoribus vsus, ex quibus Dioscorides quoque pleraque desumpserat. Ex Theophrasti etiam de historia plantar. libro plurima transtulit, & quædam non satis feliciter, vt in Theophrasto dixi.

C. Plinij Secundi nomine excusi sunt de re medica libri quinque. Horum primi tres passim ex Plinij operibus ab aliquo collecti videntur aduersus morbos diuersos. Quartus simplicium medicamentorum numero 58 facultates describit, Galenum & Dioscoridem aliquoties citans, vnde apparet C. Plinij Secundi hoc opus non esse. Paulus Iouius in libro de piscibus Romanis capite 35. Plinij Valeriani esse iudicat, cuius marmoreum sepulchrum etiamnum Comi conspiciatur, vbi Pliniorum familia floruit.

C. Valgius vir illustris & eruditione spectatus post Marcum Catonem & Pompeium Lenæum, de remediis herbarum volumen imperfectum ædidit ad diuum Augustum,

Plinius;

Plinius: qui & testimoniis eius vtitur libris 23. 24. 26.

I

IVlius Bassus homo Latinus Græcè de medicina scripsit, vide suprà in Basso inter Græcos.

L

L. Apuleij Madaurensis Philosophi Platonici de viribus herbarum liber hodie in manibus habetur, quem à Chirone Centauro præceptore Achillis, & ab Aesculapio dicitur accepisse.

M

MAcer, vide Aemilius Macer.

Marcus Cato. Herbarum remedia apud Latinos primus & diu solus idem ille M. Cato, omnium bonarũ artium magister, paucis duntaxat attigit, boum etiam medicina non omissa, Plinius.

Brassicam peculiariter celebrauit, Idem 20. 9. in opere scilicet de re rustica.

P

PLinius Valerianus, vide C. Plinius.

Pompeius Lenæus.

Mithridates Ponti rex, in reliqua ingenij magnitudine. Medicinæ peculiariter studiosus, ab hominibus subiectis, qui fuere pars magna terrarum, singula exquirens, scrinium commentationum harum (de remediis stirpium) & exemplaria; effectusque in arcanis suis reliquit. Pompeius autem omni regia præda potitus, transferre ea sermone nostro libertum suum Pompeium Lenæum, grammaticæ artis doctissimum, iussit: vitæque ita profuit non minus quàm reipub. victoria illa. Et hoc primùm tempore hanc scientiam ad nostros peruenisse animaduerto, Plinius.

S

SExtius (alias Sestius) Niger, homo Latinus Græcè de Medicina scripsit: Vide inter Græcos in Nigro.

ARABICI SCRIPTORES.

A

AVerrois libro quinto sui Colliget, id est, vniuersalis, in re medica operis, primùm

primùm de alimentis & medicamentis, eorumque facultatibus ac differentiis in genere agit, deinde insigniorum stirpium vires ex Galeni libris de simplicibus eodem ordine alphabeti Græci recenset, vt nos obseruauimus.

Auicenna librum secundum sui operis de medicamentis simplicibus omnis generis conscripsit, omnibus in vnum literarum ordinem redactis, in quo authores citat, Galenum, Dioscoridem, & quosdam paucos Arabes. Idem in libro de corde, simplicia medicamenta (vt vocant) cordialia, serie literarum enumerat.

Abenbitar (vel, vt scribunt alij, Ebenbitar) scripsit de simplicibus medicamentis opus insigne & magnum, ordine alphabetico, citatis authoribus, quod à Bellunensi aliquoties citatur, qui & Arabicum expositorem eum alicubi nominat. Hoc nuper ex peregrinatione sua in Orientem doctissimus vir Guil. Postellus secum aduexit. In eo (inquit in epistola quam de suis ac peregrinis & secum aduectis libris nuper ad me scripsit) simplicia quàm plurima & remedia innumera, quorum nec nomen, nec virtus, nec vsus, nobis adhuc innotuit, sunt expressa: atque omnia ita absolutè, vt quicquid super iisdem medicamentis apud Dioscoridem, Galenum & Oribasium imperfectum & mutilatum est, ex hoc volumine restitui & sarciri possit. Idem & alia multa de medicamentis simplicibus volumina, innominatis authoribus, & Dioscoridis compen-

dium, (omnia puto Arabicè scripta) se attulisse scribit.

Alcanzi ab Auicenna & Io. Serapione in explicãdis simplicium facultatibus citatur: item à Ioanne Mesue.

Arabib apud Auicennam.

Alchuin aliquid de simplicibus condidit, citante Bellunensi in Auicennam.

E

EBenefis liber de simplicibus memoratur Bellunensi, qui eundem expositorem Arabicum vocat, & expositionem eius in librum Samarcandi citat, ex capite de mania. Samarcandum verò alibi de signis scripsisse ait.

Ebengieflen de simplicibus apud eundem.

Elluchasem Elimithar Medicus de Baldais in Tacuinis sanitatis tuẽdæ, plurimorum tum alimentorum tum medicaminum simplicium facultates describit, eorum duntaxat quæ in cibũ vel condimenta veniunt, per classes quasdam rerum, ordine dicens de fructibus arborum, de cerealibus, seminibus, leguminibus, panificio, oleribus & reliquis.

H

HAli filius Abba libro secundo partis secundæ voluminis Regalis de medicamentis simplicibus agit.

Humain, quem vulgò Ioannitium vocant, citatur ab Auicenna aliquoties lib. 2. vt in Scobram:

pram: & à Ioanne Mesue tũ hic tũ filius eius.

Cl. Galeni librum de 46. plantis habemus, cum Commentario Humain, Gentilis.

I

IO. Damascenus filius Mesue librum edidit de simplicibus pharmacis purgantibus tum leuioribus tum vehementibus.

Io. filius Serapionis omniũ qui ante ipsum de medicamentis simplicibus scripserant tum Græcorum tum Arabum lucubrationes collegit, & in ordinem digessit. Ab initio quidem operis authores enumerantur 79. quorum nomina hic omitto, quòd plerìq; obscuri sint, & nihil eorum extet, quod sciam, vt Abugerig, Abix, Atabari, Albasari, &c. Sed maxima huius operis pars ex Dioscoridis & Galeni verbis constat. Insunt tamen plurima passim (vt etiá in Auicennæ lib. 2.) à Græcis veteribus non descripta simplicia, partim cognita hodie, partim incognita.

Isaaci liber de diætis particularibus plurima alimentorum condimentorumque genera enumerat cũ singularum facultatibus tum circa victus rationem, tum ad medendum, similiter vt in suo de alimẽtis lib. Simeon Sethi.

R

RAsis volumen de re Medica in nouem libros digestum condidit, quorum tertius alimentorum & medicamẽtorum simplicium facultates edocet. Io. Serapio etiam passim hu

ius authoris verba citat, quæ conferendo deprehendi alia esse quàm quæ in iam dicto Rasis libro habẽtur: an verò in Continente sic inscripto huius authoris opere inueniãtur, haud scio.

S

SAlomonem Dauidis filium, in historia Regum, mortalium omnium multò sapientissimum fuisse legimus, mox autẽ inter fructus & opera sapientiæ eius commemorantur, Parabolarum tria millia, Carmina quinque supra mille, Historia plantarum à cedro vsque ad hyssopum, (hoc est, omne genus plãtarum, arborum, fruticum & herbarum:) postremò historia animalium.

Serasim (aliàs Sirasi, vel Sirasim) interpretatur vocabula quædam Arabica, cùm alia tum simplicium pharmacorũ, citatus aliquoties Bellunensi.

RECENTIORES.

A

ADamus Lonicerus Germanus nuperrimè de omni materia Medica scripsit, volumine ex veterum ac recentiorum scriptis concinnato vtiliter, breuiter ac modestè, hoc est, citra reprehẽsionem aliorum. Multis quidem in locis Hieronymi Tragi & Valerij Cordi, sententiam sequitur.

Ægi-

Ægidij (einſdem ſcilicet qui de vrinis & pulſibus ſcripſit) de herbarum quarundam viribus carmina legere memini. Conieci aliquando huius eſſe carmina illa de herbis quæ Æmilio Macro adſcribuntur, propter ſimilitudinem ſtyli.

* Ægidius Euerartus ſcripſit Commentariolum de Nicotiana.

Albertus Magnus in libello ſecretorũ herbis quibuſdam vires magicas adſcribit. In eiuſdem libello de mirabilibus mũdi diuerſa herbarum vocabula, ſed corruptiſsima leguntur. Hæc legat qui bonas horas malè collocare volet.

Aloiſij Mundellæ clariſsimi hoc tempore Medici Brixiæ in Italia Animaduerſiones in Examen ſimpliciũ Antonij Muſæ Braſſauoli.

Amati Luſitani Annotationes in Dioſcoridem.

Andreæ Caroloſtadij de viribus & vſu Braſſicæ libellus Germanicus.

Antonius Muſa Braſſauolus Medicus illuſtriſsimi Ferrariæ ducis Herculis Eſtenſis, conſcripſit Examen omnium ſimplicium medicamentorum, quorum vſus eſt in Officinis.

* Antonius Schneebergerus ſcripſit Catalogum plantarum Latino Germanico Polonicum.

Arnoldo de Villa noua quidam attribuunt librum de omni genere ſimplicium medicamentorum, qui Aggregator practicus inſcri

bitur, consarcinatus ex Auicenna, Serapione, Pandectario, Plateario, &c. sed falsò, cũ in eodem opere Arnoldus de Villa noua citetur.

Cæterùm in libro cui titul. de simpl. medicam. facultates per locos describit Arnoldus, h.e. secundùm qualitates primas, secundas & tertias, &c. Vide infrà in Iacobo de Dondis.

Vidi & fragmẽtum libelli eius de remediis ex quercu.

B

BAptista Fiera in Cœna sua plurima simplicia condimentaq; & eorum facultates carmine Elegiaco satis eleganter descripsit.

Baptista Sardus scripsit in Pandectas Syluatici.

Bartholomæi Anglici lib. 19. de proprietatibus rerum ex libris veterum collecti, sed sine iudicio & eruditione, & stylo barbaro, superiore sæculo in pretio erant. Horum 19. de plantis agit.

* Bartholomęi Marantę Methodus elegantissima cognoscendorum simplicium medic. lib. 3.

* Benedictus Aretius Theologus descripsit Herbas Stockhorni & Nesi Montium.

Benedictus Textor Segusianus Medicus eruditus, superioribꝰ annis libellum de stirpiũ differentiis ex descriptionibus Dioscorid. vtili sanè, & pulcherrima methodo digessit.

Caspa-

C

CÆsaris Odoni annotationes in Theophrastum de plantis, cum Imaginibus Herbarum.

* Carolus Clusius Atrebas, edidit Historiam Hispaniæ & Pannoniæ Herbarum, &c.

Carolus Figulus in Bothanomethodo de herbis cognoscendis in genere quædam tractat.

Carolus Stephanus multa vtilissimè docet in libris de re Hortensi, Vineto, Seminario aut Plantario, Agro aut Prato & Sylua, quibus non solùm plãtarum cognitionem, sed etiam linguæ Latinæ vsum illustrauit.

* Christianus Morsianus, Danus, fertur aliqua de plantis scripsisse.

* Christophorus à Costa edidit Aromatum Orientalium Historiam.

Clemundus Anglus & Stephanus Aquæus Bituricensis in totam naturalẽ historiam Plinij Commentarios reliquerunt, in quibus an quicquam ad plantarum cognitionem vtile reperiatur, haud scio.

* Conradus Forerus Stirpium differentias è Dioscoride, Theophrasto & Plinio collegit.

Conradi Gesneri, extat Catalogus plantarum, vbi nomina duntaxat in quatuor linguis, Latina, Græca, Germanica & Gallica, è regione ponuntur. Adiectæ sunt

quæ in plerisque Dioscoridis codicibus reperiuntur Nomenclaturę stirpium variæ & pleræque barbaræ, serie literarum.

Item historia plantarum, eodem ordine, descriptiones tantùm continens ex Dioscoride Plinio, Theophrasto: facultates autem breuissimè in genere tantùm ex Æginetа ferè, &c: tum Græcis & Arabicis nominibus per margines adiectis.

In libro physicorum, qui cum secunda parte Bibliothecæ habetur, stirpium quasdam classes instituit, & locos aliquot authorum, vbi de singulis agant, ostendit.

Purgantia quoque medicamenta, & aluum mollientia, & vomitoria eodem ordine recensuit, &c.

Conradus Megenberger de plantis & cæteris diuersis rebus naturæ volumen Germanicè scriptum reliquit.

Cornelij Petri libellus de Herbis.

D

* Dauid Kyberus Rei Herbariæ Lexicõn trilingue elegans concinnauit.

E

* EPhodij cuiusdam Herbarum vocabula, ex omnibus Græcis collecta in Bibliotheca R. Galliæ habentur.

Eucharius Rhodion, vide in Ioanne Cuba.

Euonymi Philiatri Thesaurus de liquorib.

&

& oleis destillatis, aliisq; medicamentis quorum non in substantia vsus est, Tiguri nuperrimè excusus.

Euricij Cordi dialogus de herbis variis.

Idem Nicandri Theriaca & Alexipharmaca latinis carminibus expressit.

F

FAustus Longianus Dioscorid. in linguam Italicam transtulit ante Petrum Andream Mattheolum.

* Ferdinandus Mena scripsit de purgantibus medicamentis.

* Frácíscus Bonafides scripsit in Aristotelis lib. de Plantis. de nominibus ad historiá plantarum pertinentibus.

* Franciscus Calceolarius Commentariorum de Plantis Matthioli epitomen fecit: item opusculum de itinere quo itur Verona in Baldum montem plantarum fertilissimum.

G

* GAbriel Fallopius scripsit de simplicibus medicamentis purgantibus, de Asparagis.

* Garcias ab Horto scripsit Historiam aromatum & simplicium aliquot medicamentorum apud Indos nascentium.

Gabriel Humelbergius Antonij Musæ de herba Vetonica, & L. Apuleij de medicaminibus herbarum libros recognouit, & commen-

tarios adiecit, ex quibus quod ad plantarum cognitionem nihil proficias.

Galeatij cuiusdam librum ante annos octoginta scriptum vidi, in quo ordine literarum omne genus simplicium pharmacorum describit, & facultates recenset, stylo barbaro, & Arabicis plerunque nominibus.

Galfredum nescio quem de herbis aliquid scripsisse legi.

* Gaspar Bauhinus Historiam vniuersalem plantarum, & montis Mutetæ Herbarum descriptionem propediem in lucem dabit.

* Gaspar Schuenckfelt in suo Thesauro Pharmaceutico etiam facultates medicamentorum persequitur.

*Gasparus Vvolphius tum aliorum quorundam, tum maximè Conradi Gesneri libros de simplicibus medicamentis à se recognitos edidit.

* Georgius Bertinus libro 18. suæ Medicinæ multorum simplicium Medicamentorum facultates recenset.

Georgij Dardani annotationes centum in Simplicium materia extant.

* Gerardus Cremonensis librum Albengenefit de virtute medicinarum & ciborum transtulit.

* Gerardi Nocitosci Expositio super libro Simplicium Medicinarum.

* Gisbertus Horstius de Turpeto & Thapsia

psa libellum edidit.

Gualtherus Riffus Dioscoridem edidit cũ Annotationibus, in quibus nihil proprium ab eo afferri puto, sed aliorum duntaxat in eundem authorem aut similis argumenti scripta reperi, adiectis etiam figuris stirpium & animalium aliquot.

Idem in Germanico suo de liquoribus destillandis opere, singulis ferè liquoribus vires adscribit easdem quæ plantis ipsis attribuuntur, & licèt semper alienis vtatur scriptis, authores tamen nusquam nominat.

* Guilelmus Holme Anglus scripsit de simplicibus medicinis lib. 1.

Guilielmus Pellicerius Episcopus Monspessulanensis, vir cùm alias tum stirpium & animalium, præcipuè piscium, historiæ longè doctissimus, Plinij naturalis historię, vt suprà dixi, emendatissimam editionem parat.

Guilielmus Placentinus libro quarto voluminis, quod summam conseruationis & curationis inscripsit, de medicamentis tum simplicibus tum compositis pertractat.

* Guilelmus Puteanus scripsit libros duos de purgantium medicamentorum facultatibus, vide in Bibliotheca Generali.

* Guilelmus Rouillius, vide in Bibliotheca Generali.

Guilielmus Turnerus vir diligentissimus doctissimusque, plantarum effigies, & vires Anglicè descripsit, cuius operis partem excus

sam nuper vidimus, & quod reliquum est, auidissimè expectamus.

H

* HElideus composuit libros de simplicibus & compositis medicamentis humores euacuantibus.

* Henricus Huntingronésis scripsit de Herbis, aromatibus, &c.

* Hermannus Comes à Nuenare quædam de Herbis scripsit, quæ excusa sunt cum Herbario Otthonis Brunfelsij.

Hermolaus Barbarus Patritius Venetus, vir eruditionis nomine nunquam satis laudatus, Dioscoridem nobis primus Latinú reddidit, elegantissima & Pliniana oratione, vbi tamen accusatur, quòd nimio Plinium imitandi studio nonnunquam à Dioscoridis sententia recesserit. Adiecit etiam Corollarium longè doctissimum & varij argumenti, quo non Dioscoridem solùm & rem medicam illustrat: sed etiam vtramque linguam & omnem philologiam pulcherrimè exornat. Idem in Plinianis Castigationibus passim quædam ad stirpium cognitionem vtilia intermiscet.

Hieronymus Brunsuicensis primus de liquoribus destillandis ex omni remediorum simplicium genere Germanis suis scripsit vtilissimum volumen: ex quo postea multi multa mutuati, de iisdem vel Germanicè vel Latinè condiderunt.

Eucha

Eucharius Rhodion quidem totũ ferè illud opus in Germanicũ librũ de simpl. medic. Ioannis Cubæ transtulisse se profitetur. Eundẽ autem puto esse librum quem Theodericus Dorstenius è Germanico nuper Latinũ fecit.

Hieron. Cardanus M. Mediolanẽsis lib. 8. operis de Subtilitate multa de plantis rara & egregia adfert, Philosophicè, Medicè & historicè. Idẽ in libell. de simpl. medicina hęc tractat:

Quòd nulla simplex medicina est sine culpa.

De principalibus vniuscuiusque medicinæ Iuuamentis.

De earundem propriis nocumentis.

De ipsorum nocumentorum peculiaribus emendationibus.

De quorundam illarum malo vsu.

Item in libro de 100. Erroribus, Errore 51. Quòd auxilia simplicia & composita corrupta habeant.

Hieron. Tragus, vide in fin. huiꝰ alphabeti.

Hildegardis abbatissa in Germania circa annũ D. 1180. elucubrauit libros 4 de medicam. simplicib. ex metallis, plantis & animalib. &c. phrasis pro sæculi ratione barbara est, & multa insũt superstitiosa, & omni ratione carẽtia.

I

IAcobus Cornetanus Soldanellę herbę volum. dicato laudes eius Hepaticis pdicauit.

Iacobus Dalechãpius fertur esse præcipuus auctor vniuersalis Historiæ plantarum, quam

Rouilius excudit Lugduni 1588.

Iacobi de Dondis, quem vulgò Aggregatorẽ vocant, librum de viribus simplicium, alicubi aut vidi aut citatum legi, & forsan is est qui Arnoldo de Villa noua attribuitur, nã Arnoldi non esse certum est, & Aggregator quoque inscribitur, sicut magnum volumen huius Iacobi, vbi medicamenta tum simplicia tum cõposita per locos communes secundùm facultates eorum digesit.

Iacobus Goupylus Medicus Parisiẽsis Græcè & Latinè doctissimus Dioscoridem nuper plurimis in locis emendatum in vtraque lingua dedit, seruata Io. Ruellij translatione.

* Iacobus Horstius de Vite vinifera, &c.

Iacobus Syluius Ambianus de omni re Medica optimè meritus in libris de simplicium medicamentorum delectu, præparatione & compositione, vniuersam materiam medicam vtilissimè illustrauit.

* Iani Antonij Saraceni Medici doctissimi Commentarios in Dioscoridem expectamus.

Ianus Cornarius Macri poema de plantis & aliud incerti authoris de iisdem & animalium partibus ac terræ speciebus emendauit, & annotationes adiecit.

* Ioachimus Camerarius F. edidit Hortum Medicum, &c. Matthiolum in Epitomen Latinam contraxit, & eundem Germanicè redditum diligenter illustrauit.

Ioan-

Ioannis Agricolæ Ammonij libri 2. de herbis aliisque medicamentis simplicibus veterum & recentiorum.

Idem scripsit Indicem copiosum simpliciũ pharmacorum à Dioscoride proditorum. Et alium communé libris de simplicib. Dioscoridis, Galeni & Serapionis.

* Ioannes de S. Amando scripsit de Simplicibus librum 1.

Io. Atrocianus Commentarios quosdam edidit in Macrum de herbis.

* Ioannes Bacchanellus edidit librum de consensu Medicorum in cognoscendis Simplicibus.

Ioannis Baptistæ Egnatij in Dioscoridem annotationes extant, quas nondum vidi.

* Ioannes Baptista Montanus scripsit in Galenum de simplicibus medicamentis.

* Ioannes Bauhinus conscripsit opus magnum de Consensu & dissensu Stirpium, & Tractatum de herbis quæ à Sanctis denominationem habent.

* Ioannes Caius scripsit historiam rariorum Plantarum.

* Ioannis Costæi de vniuersali stirpium Natura libri 2. extant.

Io. Cuba Medicus olim Francofordiæ ad Mœnum de simplicibus medicamentis Germanicé scripsit, quem librũ postea Eucharius

Rhodion pater, eiusdem vrbis Medicus emendauit & auxit cũ aliàs tum inserto passim Hieronymi Brunsuicẽsis lib. de liquorib. destillatis. Idẽ, aut propemodũ idem, opus esse puto quod nuper Theodericus Dorstenius Botanici titulo Latinum dedit, sed multis locis auctius. Impressa sunt hæc volumina aliquoties ab Egenolpho Francofordiæ cum imaginibus.

Io. Dantzius condidit Dialogos vtilissimos de simplicium pharmacorũ facult. in genere, ex prioribus Galeni libris eiusdẽ argumenti.

Dioscoridem etiam Germanicè reddidit, qui & cum figuris publicatus est.

* Ioan. Gatisdene Anglicus scripsit de simplicibus medicinis lib. 1 &c.

* Ioannes Harchius scripsit Enchiridion simplicium pharmacorum carmine &c.

*Ioannes Iordanus Theophrastum de plantis cum veteribus exemplaribus contulit & emendauit.

* Ioannes Kentmanni Obseruationes de Stirpibus. nescio an editæ.

Io. Lonicerus Scholia composuit in Dioscoridis libros cum Nomenclaturis Græcis, Latinis, Germanicis, & Hebraicis.

Io. Manardus in doctissimis epist. suis tũ alia multa passim ad cognitionẽ medicaminũ simplicium eruditè docet, tum in prima libri 8. epistola Marcelli Vergilij interpretationem in primum Dioscoridis librum examinat.

Io. Michaelis Sauonarolæ catalogus, cõtinẽs tam

tam simplicium quàm compositorum medicamentorum nomenclaturas, vsum & summam.

Io. Monhemius librum de plantis in publicum dedit, in quem totam nostram plantarũ historiam transcripsit: & quædam ex catalogo nostro plantarũ. Adiecit insuper nonnullas, ex L. Fuchsio præcipuè, vt videtur, recentiorum præsertim & veteribus indictarum stirpium descriptiones, ordine literarum.

*Ioannes de S. Paulo scripsit de Simplicibus librum 1.

Io. Platearij liber (vulgo dictus Circa instans, ab initio eius) de medicamentis simplicibus, iis duntaxat quorum frequentior vsus est in pharmacopoliis.

Io. Ruellius Græcæ & Latinæ linguæ peritissimus, de natura stirpium libros tres eleganter, doctè & copiosè conscripsit, ita vt omnes qui ante eum scripserunt, facilè vicerit. Primi quidem libri bona pars communes & generales de plantis considerationes cõtinet, ad imitationem historiæ plantarum Theophrasti. Multa etiam in eodem grammaticè interpretatur. Vellem eum quæcunque ex veteribus & aliis desumpsit, ita separasse, vt quæ cuius authoris essent, appareret, quæ item ipsius: id si fecisset, faciliùs etiam excusarentur crebræ illæ earundem rerum, verbis paululum variantibus, repetitiones. Ita nihil est omni ex parte absolutum.

Dioscoridem quoque Latinè expræssit: quę eius translatio, cæteris (Marcelli & Hermolai) ferè præfertur, quoniam postrema est, inspectis ab ipso aliorũ interpretationibus. Sed hęc etiam suis næuis non caret.

*Ioannes Thalius edidit Catalogum Plantarum Syluæ Hercyniæ.

Io. Tollati cuiusdam liber de remediis herbarum aliisq́, Margarita medicinæ inscriptis, ordine literarũ Argentinæ publicatus est anno Domini 1518. chartis 10.

*Iosina Scotorum R. IX. scripsit de virtutibus Herbarum lib. I.

Isidorus lib. 17. Etymologiarum de re rust. & variis plantis quædam scripsit.

*Iulius Cæsar Scaliger commentatus est in Theophrastum de Plantis.

*Iustus Mollerus collegit ex Dioscoride & Matthiolo Fasciculum Remediorum.

K

KIranis, (vel vt alij scribunt, Kiranides, Kiranus, Caranus) scripsit quædam Arabicè de facultatibus magicis & medicis stirpium quarundam, lapidum & animalium, libr. 4. quos Gerardus Cremonensis Latinos fecit barbara dictione.

Lauren-

L

LAurêtius Frisius Medicus Germanus scripsit Synonyma materiæ Medicæ Latinis, Græcis, Arabicis & Germanicis vocabulis, opusculo Germanico, inepto sanè & mendosissimo.

* Leodegarius à Quercu scripsit Epitomen in Ruellium de stirpibus.

Leonhartus Fuchsius primùm in paradoxis suis lib. 1. multa vtiliter super quibusdam simplicibus medicamentis, & circa eadem erroribus scripsit. dein magnum volumen de historia stirpium ædidit, Latinè & Germanicè cum imaginibus: cuius alter etiam Tomus iamdudum expectatur.

*Leuini Lemnij liber de similitudinibus desumptis ex Herbis quę in S. Scriptura extant.

M

MArcellus Vergilius Florentinus Dioscoridem Latinū fecit & cōmentarios doctissimos adiecit, in quib. partim Dioscoridem explicat, partim translationis suæ rationē reddit, partim reprehēdit Hermolai translationē, ad ipsam quidē plantarū rariorū aut incognitarum notionē non multū emolumēti adfert, de quo plura scripsi in Bibliotheca.

Macer vide suprà inter veteres Latinos in Æmilio Macro.

* Marcelli Donati tractat⁹ de radice purgāte, q̄ Mechioachan vocant, excusus habetur.

*Martinus Acakia Synopsin Galeni de Simplicibus fecit.

*Martinus Rulandus scripsit, Αλεξιφαρμακων, &c.

*Matthias Lobelius scripsit elegátissimum Herbarium.

Matthæi Syluatici Pandectæ medicinales quanquam magna barbarie & inscitia rerum verborumque contaminatæ, nonnihil tamen homini docto & industrio ad medicamentorum simplicium cognitionem occasionis adferunt.

*Melchior Guilandinus edidit Epistolas 4. de Stirpibus: scripsit etiam de erroribus commentariorum Matthioli in Dioscoridem.

Michaelis de Capella Synonyma medica, quæ nondum vidi.

N

NIcolaus Leonicenus in opere de Plinij & aliorum in re medica erroribus, multa ad stirpes noscendas vtilia docet.

*Nicolaus Monardus scripsit de medicamentis simplicibus ex Occidentali India allatis.

*Nicolaus Vvinckler9 edidit Chronica Herbarum, florum, seminum, fructuum, &c. quo nimirum tempore singula eorúdem colligenda, & in vsum Medicum adferenda.

O

OTho Brunfelsius stirpium historiam ædidit, Latinè & Germanicè, cum iconibus perpulchrè expressis. Et quanquam alij mox secuti omnia perfectiùs & eruditiùs tractauerunt, plurimum tamẽ illi debetur, quòd occasionem aliis præbuerit, & plantarum figuras primus omnium nostro sæculo eleganter & ad viuum depictas dederit. Idem in Onomastico, id est, Dictionario suo medicinali, medicamentorum simplicium & alia plurima vocabula recenset & interpretatur. Verùm id volumen ineptiis & mendis in rebus ac verbis refertius est, quàm ab eruditis hominibus tolerari possit. Præterea Marcelli Vergilij in Dioscoridem commentariis ea quæ superflua videbantur ademit.

Ædidit & reformationẽ Officinarũ per omnia medic. simplicia vsitata, vbi etiã docet, quomodo quæq; colligi, seruari, & parari debeant.

P

PAndulphus Collenutius scripsit Apologiam ad Leonicenum pro Plinio, maximè de simplicibus Medicamentis.

Petrus Andreas Matthęolus Senensis Dioscoridem nuper in sermonem Italicum conuertit, & commentarios eadem lingua copiosos & eruditos adiecit, vbi diligentissimè quęcunq; de iisdem medicamentis Galenus scri-

pserat, suo quæq; loco recéset, plerunq; etiam Plinij & aliorum scriptis vtitur. Et recentiora medicamenta à Dioscoride omissa ex recentioribus passim commodè adiicit, & plurima sua aduersus varios morbos & eximia quædã experimenta describit. Audio nunc idem opus Venetiis Latinè ædendum. Sed, vt fata sunt hominum, cùm in aliis reprehendendis frequentissimus sit, partim iure, partim iniuria, ipse interim suos quoque errores, quorum aliquot ipse deprehendi, committit.

* Petrus Crescentius de Agricultura multisq; plantarum generibus scripsit.

* Petrus Bellonius, vide in Bibliotheca generali.

Petrus Hispanus condidit Thesaurum pauperũ, qui liber idem ferè est cum Rosa Anglica, vt Gatinaria scribit. in quo simpliciũ aliquot medic. facultates ab eo exponi puto.

Petri Paduani Additiones in veterẽ translationem Dioscoridis.

* Petrus Pena cum Matthia Lobelio edidit Stirpium Aduersaria doctissima.

Q

Q Apollinaris nomine Argentinæ nuper sunt æditi libri duo Germanicè, quorũ prior remedia continet ex stirpibus ad diuersos affectus à capite ad pedes. Secundus herbarum aliquot vsitatarum, & qui ex eis destillantur liquorũ facultates præscribit, & herbarum

barum imagines addit. Ego hoc authoris nomen confictum puto. Opus ipsum etsi non inutile est, nihil tamen in eo reperias, quod nō contineatur in illorum libris, qui de stirpibus ex professo tradiderunt.

R

RAphael Volaterranus commentariorum vrbanorum libro 26. de plantis agit.

Reinaclus Fuchs consarcinauit nomenclaturas stirpium vsitatarū pharmacopolis ordine literarū, Latinè, Gallicè, Germanicè, quandoq; etiam Italicè & Hispanicè. Sed ita vt nihil doceat, quod non priùs ab aliis scriptum sit. Item historiam aquarum distillatarum: & Libellum de simplicium medic. quorum frequentior vsus est, electione.

* Remberti Dodonæi Historia Plantarum elegantissima, & triginta libris distincta extat.

Rodericus Lusitanus annotationes nō contemnendas in duos priores libros Dioscoridis reliquit.

S

SEbastianus Montuus dialexi quarta libri primi, de simplic. medicam. notione quædam disserit.

Symon Genuensis Synonyma scripsit.

Symphoriani Campegij Hortus Gallicus, de medicament. simplicibus. Haud scio an idem sit huius authoris liber qui inscribitur

Campus Elysius Galliæ. Extant eiusdem Castigationes pharmacopolarum & Arabum medicorum, &c. vide in Bibliotheca nostra.

T

THeodericus Dorstenius: vide in Ioann. Cuba.

Thomas Gypson Anglus herbarium vdlatrien sermone patrio conscripsit.

V

VAlerius Cordus Euricij filius scripsit quędam de simplicibus medicamen. quorum an extet aut excusum sit quicquam, haud scio. In Antidotario quidem, vt vocant, Norimbergæ per ipsum ædito, multa obiter interpretatur.

* Valerij Cordi Commentarij in Dioscoridem, & Historiæ stirpium libri quatuor Argentinæ prodierunt.

Vincentius Belluacensis lib. 10. Speculi Naturalis, & quinque sequentibus, de omni genere plantarum perscribit. Sunt autem Collectanea ex scriptis veterum Græcorum & Arabum ferè.

Hactenus recentiores enumeraui, qui stirpium historiam scribendo illustrarunt: inter quos Hieronymus Tragus, Ioannes Ruellius, & Leonhardus Fuchsius, tanquam soles quidam

iam minora sydera relucét. De Ruellio quid sentiam, & quid in eo desiderem, dixi: quoniam ille diem suũ obiit. Scripta certè ipsius æternitaté merētur. De Trago & Fuchsio, qui adhuc in viuis sunt, non æquè decet iudicare. Ambo viri eruditi sunt, & in hac palæstra exercitatissimi. Vterq; volumen suũ, si Deus Opt: Max. vitam eis extenderit, excolere, augere, & emendare poterit. Ne tamen affectu aliquo motus, nihil de eis dicere voluisse videar, vt sententiã meam occultarem: dicam q̃ sentio; absit inuidia & omnis candidè dictorum sinistra interpretatio.

Leonhardus Fuchsius igitur paulò post Hieronymum Tragum, opus suum de historia stirpium, quod Tomum primum appellat, euulgauit. Et quoniam vterq. in Germania scripserunt, æmulatio quædam inter eos exorta est, vt solet inter homines: sed non inutilis illa. Hac enim excitatus vterque lucubrationes suas magis magisq; ornare & augere nũc pergit. Ἀγαθὴ δ' ἔρις ἥδε βροτοῖσι. Ego qui vtrumque ex æquo amo, & inter optimos & doctissimos viros suspicio atq. veneror, (ita tamen vt dissentire ab vtroq. mihi quoties videtur, liberũ esse velim,) & meritò quidem, cùm ex vtriusque scriptis & iam olim profecerim ipse & proficiam indies, ita eos hoc certamen certare opto, vt publicæ potiùs vtilitatis & rei ipsius exornandæ, perficiendæque, quàm priuatæ gloriæ & ambitionis gratiâ, quod faciant se-

cisse videri posint. Et spero sanè hunc animum, tanquam non doctis tantùm, sed probis etiam piisque viris, in iis quæ posthac ædent non defuturum. Ego neutrũ neutri præfero. habet vterq; fortaisis quo excellit, sed alius in alio genere, quum comparatio nisi in eodem genere, vt Philosophi docent, legitima non sit. Itaque laudo & amplector vtrumq;, & pro scriptis suis, ex quibus tum fructũ tum voluptatem subinde capio, ex æquo vtrique gratias habeo. Nec metuo ne id mihi ab eis accidat, quod fieri solet ab hominibus improbis. nam quò improbior quisque est, aut saltem ab animi celsitudine remotior, eò minꝰ tollerare potest illos qui ipsum non maioris quàm aduersarium fecerint. Omnino enim præferri vult, nec satis habet non se fieri minoris, quin contumeliam & inimicitiam interpretatur, nisi non vno aut altero tátùm, sed modis omnib. anteponatur. Huiusmodi viros si illos quibus de scribo existimarem, ne incepissem quidem hæc scribere. Sed Fuchsij laudes, quas certè multas & magnas meretur, ne sim prolixior, nunc omitto.

De Trago dicam, quoniam Typographo placuit, vt qualecunque hoc scriptũ nostrum in operis ipsius fronte poneretur. Semper igitur mirificè mihi placuit huius viri studium in stirpium historia indefessum, & quod de illis præcipuè plantis quas Germania nostra profert plerisque omnibus diligentisimè o-

omnium

omnium hactenus docuerit. Descriptiones singularum tam accuratas & exquisitas instituit, vt quæque vel primùm nascuntur, vel adolescunt, vel iam perfecta sunt, per omnes partes, coloribus etiam, magnitudinibus & figuris, & si quid aliud sub conspectum cadit, ita expressis, vt nullus pictor repræsentare melius possit. Cæteras etiam tactiles qualitates, item odores, saporesque diligentissimè expressit. atque hæc omnia fermè non ex commentariis aut historia, sed occultus ipse testis & obseruator singulorum.

Iam quod ad numerum, nullus est siue veterum siue recentiorum in hunc vsque diem, qui stirpes plures nobis descripserit. Non enim de illis tantùm agere voluit, quæ in communi medicorum aut vulgi vsu sunt, sed omnino de omnibus quæ ad manus eius peruenerunt, etsi vel nomina, vel vires vel facultates vel etiam vtrumq; ignoraret, quod eius institutum mihi valde probatur, nam & ingenuum est quæ nescias fateri, & aliis ad inquirendum proponere: & animus Philosophicus ipsis per se naturæ operibus delectatur. Medici verò eruditi de quouis etiam ignoto & nunquam antehac viso remedio, ex sapore, odore, aliisque iudicandi & experiendi modis vniuscuiusq; vim & naturã facilè addiscũt. Accedit & illud ad huius viri laudes, q in Germania vel primus (post Brunsuicẽsem, q vtiliter quidem scripsit, sed propter sæculi sui riditatem,

neque de multis, nec eruditè, præsertim quod ad vetera stirpium nomina attinet) vel inter primos, hoc argumentum publicè illustrârit, & in iis potissimum plantis quas Germania fert, præ cæteris omnibus diligentissimè sit versatus.

Porrò facultates non illas tantùm in singulis explicat, quas doctissimi quique veterum Græcorum Latinorumq; & Arabum tradiderunt: sed plurima passim vtilissimè de suis ac propriis experimentis adiungit. Multa à vulgo & vulgari per Germaniam vsu accepit: non illa quidem leuia & contemnenda, sed à multis sæculis veluti per manus tradita, & perpetuo quodam vsu confirmata. Huiusmodi sunt remedia multa ex illis quibus ferè vtuntur rustici, pastores, hippiatri & chirurgi quidam, & alij nonnulli illiterati, qui non quibusuis morbis sed certis quibusdam mederi se profitentur, quod & mulierculæ quædam præsertim ætate prouectiores, faciunt. Hoc genus hominum cùm non ex literis aut veterum scriptis, nec vlla methodo, quæ exercet, didicerit: verisimile est eos multa eorum quæ sciunt, à maioribus suis & aliis eiusdem nationis hominibus, per communem confirmatumque in singulis regionibus longo tempore vsum fama accepisse. Non est autem quòd Medicum pudeat, vel ex rusticis & mulierculis, & reliquo hominum vulgo, rerum quarundam cognitionem petere. Vniuersalia enim

& eam

& eam quæ propriè ars dicitur, à viris eruditis tantùm haurire possumus: particularia verò cùm cætera tum in simplicibus medicamentis, quòd propemodum infinita sunt, à quibusuis hominibus discere nõ dedignabimur. Habet enim vt dixi, quæque regio, veluti propria quædam & per manus tradita medicamenta, & medicamentorum nomina, quæ plerunque non temere imposita sunt, sed vel aliud quippiam ad plantę naturam pertinens, vel peculiarem aliquam eius in medendo facultatẽ denotant, qualia sunt apud Germanos Wundtkraut/ Wermut/ Sachheil/ Hirschkraut/ Imbentraut/ Bärwurtz/ Dollwurtz/ rc. & alia innumera. Hæc de Hieronymo Trago dixerim, doctrinæ & diligentiæ summæ viro, non solùm in stirpium historia, vt dixi, quam doctissimus vir Dauid Kyberus Argentinensis ex Germanica lingua in Latinam optima fide, purè & eleganter conuertit: verùm etiã in aliis medicamentis simul alimentisque simplicibus, quod nuper declarauit libro Germanico de alimentis ædito, & declarabit amplius, si vixerit, aliis quibusdam ędendis libris, quos vt commodè & fœliciter absoluat, faxit Deus Optimus Maximus.



DE SCRIPTORIBVS ILLIS QVI SPARSIM ET OBITER vtilia quædam ad plantarum cognitionem tradiderunt.

HActenus ferè qui ex professo & præcipuè de stirpib. monumenta reliquerunt, enumeraui: nunc pergam de iis dicere, qui passim, & inter cætera obiter in lucubrationibus suis operæ pretium aliquid quod ad plantas aliquot, vtcunq; paucas, tradiderunt, & primũ de medicis, deinde cæteris quibusdam, vt rerum rusticarũ aut hortensiũ scriptoribus, &c. quanquam illi quoq; ferè medica intermiscẽt.

Medici igitur plerique in therapeuticis suis voluminibus, siue practicis, vt vulgo vocant, multa ad stirpium & virium ipsarum cognitionem vtilia intermiscent, quod Galenus etiam testatur in præfatione libri sui sexti de simplicibus, & priuatim de Hippocrate, Eryphonte, Diocle, Plistonico, Herophilo, Philippo & Archigene. Et Plinius de Hippocrate, Praxogora, Chrysippo, Erasistrato, vt suprà inter veteres scriptores singulatim recitauimus. Etsi horum omnium nomina, ceu qui non ex professo hoc egerit, illic omitti, & in præsentia tantùm memorari poterant. Sed hi non multi sunt, & fortè quædam illic commodiùs dicta. His adnumero etiam Galen. in lib. de compos. medic.

medic. ſecundùm locos affectos, Aetiũ, Actuarium. & recentiores, quos nominare nihil attinet. Alexander Benedictus tantùm, vt qui excellat, taceri non debet, qui cùm in libris ſuis viginti nouem multa pulchrè & eruditè paſſim de plantis quibuſdam ſcripſiſſet, ab initio triceſimi & vltimi, quib. in libris quæná peculiariter animaduertenda deſcripſit, tum in ſtirpium genere tum alia quædam ordine literarum recenſet.

His adde pleroſque illos, qui therapeuticos aliorum libros commentariis ſuis explicauerunt, inter quos (quod ad hoc argumentum) prętulerim Iani Cornarij annotationes in Galenum κατὰ τόπους.

Medici omnes qui de alimentis ſcripſerunt, vt Galenus & Græci illum ſecuti, Simeon Sethi, Iſaacus, Hieronymus Tragus, Ant. Gazius, & alij multi veteres ac recentiores, quorum (præſertim veterum) in præcedentibus aliquot nomina retuli.

Authores librorum de venenis per claſſes quaſdam de venenis agere ſolent: ſunt enim alia metallica, alia ex animantibus, & alia ex plantis, vt Dioſcorides, Nicander, Galenus in libris de antidotis, Petrus Aponenſis, Anton. Guainerius, Aetius, Aegineta, Arnoldus de Villa noua, Scribonius Largus, Guilelmus, Plantinus, Varignana, &c.

PHARMACOPOEA.

QVotquot medicamentorum compositorum descriptiones reliquerunt, Antidotaria vocant: vt Galenus præcipuè in libris de Antidotis, Nicolaus Myrepsus, in quē eruditæ annotationes Leonh. Fuchsij extant, qui eundem authorem, Latinitate donauit. Cornelius Celsus, Scribonius Largus, Actuarius. Et ex Arabibus Ioan. Mesue, cuius Antidotarium Christophorus de Barziziis interpretatur: Iacobus Syluius idem emendauit & pura Latinitate reddidit adiectis Scholiis. Idem nuper monachi quidam in Italia emendarunt & annotationibus illustrarunt, quibus sanè plurima ad plantarum historiam vtilissima inseruerant Rasis. Io Serapio. Io. Damascenus, Auicenna libro quinto Canonis, Constantinus. Io. de S Amando in Antidotarium Nicolai. Galaf. Israelita. Iacobi Manlij luminare maius siue interpretatio Antidotorũ. Io. Mesue & aliorum illustrium Medicorum.

Bernardus Gordonius circa finem libri primi Operis q̃ Lilium inscripsit, de Antidotis à capite ad pectus. Arnold. de Villa noua. Guilielmus Placentinus lib. 4. Summæ. Antonius Guainerius. Bartholomæus Montagnana. De medicamentis compositis nostro sæculo apud pharmacopolas vsitatis, Ant. Musa & Valerius Cordus scripserunt, & multa vtiliter de simplicib. medicamentis quibusdam addiderunt.

Theo-

Theobaldus Lepleignius etiam Enchiridion condidit medicamētorum compoſ. vſitatiorū.

Symphorianus Campegius libro ſecundo de caſtigationibus pharmacopolarum caſtigat Antidotarium Meſuę, Nicolai, Serapionis, & aliorum recētiorum. Succedaneorum ſcriptores, vt author libelli qui cum Galeni operibus coniungi ſolet, & Æginetæ, quem nos olim emendatum cum annotatiunculis dedimus. Iacobus Syluius, & Arabs quidam.

* Præter illos quos Pharmacopœas vulgò dictas & de compoſitione medicamentorum ſcripſiſſe notauit hic Geſnerus, ſequentes obiter obſeruauimus: nomina ſimpliciter referemus, cùm ex ſuperioribus reliqua nullo negotio peti poſsint.

Adolphus Occo. Alchindus. Antonius Fumanellus. Antonius Stupanus. Anutius Foeſius. Bartholomæus ab Vrbe veteri. Benedictus Victorius Bernardus Deſſenius. Boſcho Alexandrinus. Bulgaſis. Camillus Squarcialupus. Conradus Geſnerus. Felix Platerus. Franciſcus Alexandrinus. Franciſcus Bonafides. Franciſcus Caballus. Fráciſcus Rota. Friſimelega. Gabriel Fallopius. Gariopontus. Gaſpar Schuenckfelt. Gētilis Fulginas Georgius Bertinus. Georgius Collenutius. Georgius de Honeſtis. Georgius Melichius. Georgius Piſtorius. Gerardus Cremonenſis. Gualtherius. Gualtherus Riffus. Guido de Cauliaco. Guilelmus Rōdeletius. Hali Abbas. Hieronymus

Cardanus. Hieronymus Mercurialis. Iacobus Alkindi. Iacobus Hollerius. Ianus Cornarius. Ioannes Serapio. Ioannes Baptista Montanus. Ioannes Caius. Ioannes Dantzius. Ioannes Fernelius. Ioan. Guint. Andernacus. Ioan. Iacobus Vveckerus. Ioann. Kueffnerus Ioannes Manardus Ioan. Michael Sauonarola Io Placotomus. Ioan Stephanus. Ioan. Syluius. Laurentius Grilius. Laur. Ioubertus. Laurentius Maiolus. Leonard. Fuchsius. Leonard. Legius. Mantias. Marcus Oddus. Martinus Rulandus. Martinus Stainpers. Menecrates. Michael Villanouanus. Mundinus Florentinus. Narcissus Solanus. Nicolaus Houeus. Nicolaus Mutonus. Oribasius. Ottho Brunfelsius. Paulus Suardus. Petrus Coudeburgius. Petrus Gorræus. Petrus de Tussignano. Quiricus de Augustis. Remachus Fuchs. Reutha Nathacius. Saladinus de Esculo. Sebastianus Coquillatus. Simon à Touar. Theodorus Priscianus. Victor Tincauellius.

* His addere potes Antidotaria in vsum aliquot ciuitatum conscripta, vt Coloniense, Florentinum, Augustanum, Ferrariense, &c. si autem cupias intelligere, quænam inter illa sint pcipua: & quisnã ordo in illis obseruetur, lege præfationem dispensatorij L. Iouberti.

Qui vno opere varia rei Medicæ argumenta tractarunt, pergit Gesnerus, vt epistolarum & dialogorum conditores: Ioan. Manardus, Aloisius Mundella. Fuchsius in Paradoxis. Hier.

Car-

Cardanus in libris Contradictionum, & de erroribus Medicorum, & de malo medendi vsu.

Dictionariorũ conditores, vt Pandectarius. Andr Bellunẽs. Brũfelsius supr etiá nominati.

Qui de abditis rerum causis scripserunt, vel de sympathia & antipathia rerum, vt Io. Fernelius, Hieronymus Fracastorius. Constantino Africano tribuitur liber quidam de physicis ligaturis, quem etiam reperio inter opera Arnoldi de Villa noua.

Scriptores de coloribus, vt Aristoteles, Ant. Thylesius, Bayfius in libro de vestibus.

Veterinarij, vt Absyrtus, Hierocles & alij quorũ scripta vno volum. Græco cõprehẽdũtur, Vegetius, & rei rust. authores aliquot. Et qui aliorũ animaliũ curationes tradiderũt, vt Demetrius quidá de accipitribus & canibus, cuius Græcum codicem nuper nactus sum.

Geoponicorum seu rei rusticæ scriptores Græci Latinique quos nominaui Tomo 2. Bibliothecæ lib Physicorum Tit. 13. Est & inter opera Philonis Iudæi de cultu plant. lib.

Vina & vitiũ genera quidá celebrarũt, quos Plin. recenset 14. 19. vt Euphronius, Aristomachus, Coniades, Hicesius, omnes Græci.

Cepuricorũ. i rei hortẽsis scriptores veteres, Firmus Cesennius, Castritius, à Plin. citati: Columella in horto. Recentiores, Carolus Stephanus, Strabus Gallus poeta. Io. Iouianus Pontanus poeta celebrauit cultum citriorum libris sex, quos hortos Hesperidum inscripsit.

Marius Grapaldus in parte operis sui de partibus ædium ad plantas diuertit.

Fr. Massarius dum nonum Plinij librum interpretatur, qui de piscibus est, multa eruditè de plantis quibusdam disserit.

Plutarchus in libro de fluuiis varias quasdam & mirabiles, plerasque incredibiles, in singulis nascentes herbas commemorat.

Apud Arrianum in Nauigatione Maris rubri, rara quædam aromata nominátur, vt magla, moto, gizir, asyphe, mocroti, thymiama, duaca, abirminæa.

Postremò historici quidam & geographi obiter interdum stirpes aliquas memorant aut describunt: præcipuè verò recentiores Noui orbis scriptores quidam, vt Ludouicus Romanus & alij, aromata aliasque peregrinas plantas sparsim describunt.

DE



DE ILLIS QVI DE MEDICAMENTORVM SIMPLICIVM *facultatibus secundùm differentias qualitatum primarum, secundarum & reliquarum scripserunt.*





VNC de illis dicam authoribus, qui plantarum facultates nó suas cuiusque omnes vno loco enumerarunt, sed per classes quasdam & locos communes distribuerunt, primùm secundùm qualitates primas, calidũ, frigidum, humidum, siccum, earumque differentias, quas gradus vel excessus vocant. deinde iuxta secundas qualitates, vt saporum differentiæ sunt, & aliæ quædam, vt sunt astringere, discutere, abstergere & expurgare, ora vasorum aperire, extenuare, euocare vel extrahere, adurere, emollire, indurare, flatus discutere, semen generare vel promouere, vrinam ciere, menses detrahere aut sistere, venenis resistere, ambustis mederi, lenire & mitigare dolorem, strumas discutere, vẽtrem mollire, purgare, & si quid huiusmodi est. Et secundùm tertias qualitates, quibus etiam præcedentium quædam adnumerari possunt. Voco autem tertias particulares, quæ nullo sensu iudicari possunt, sed aut ratione aut experien-

tia tantùm, vt quæ ad certam aliquam corpo-
ris partem referuntur, aut certos quosdã mor-
bos peculiariter curant. Est autem huiusmodi
medicamentorum distributio, non solùm ma-
gis artificiosa, sed ad morborum curationes v-
tilior, cùm sic ex multis ad eundem vsum per-
tinentibus, commodiora deligere liceat, & in
quorundam inopia alia substituere. Sed pleri-
que omnes ex Galeno, & aliis collegerunt tan
tùm singularia, quæ per suos locos digesserũt.
Pauci artem ipsam qualitates istas earumque
gradus discernendi docuerunt, & qui id fece-
runt plerique imitati sunt Galenum qui pri-
mus & copiosissimè diligentissimeque hoc
præstitit in prioribus quinque de medic. sim-
plicibus libris. Neque id mirum, est enim per
quàm difficilè suos cuique qualitati gradus
assignare, graduum differẽtias, (hoc est, initia
fines & media) difficiliùs. Plurima diuersis aut
cõtrariis virib. constãt, de quib. minimè facilè
est pronunciare. Et sæpè in hoc iudicio, vt su-
pra dixi, Galen. etiã hallucinatur. Non ideo tñ
negligendũ hoc studiũ est, quoniam nonnihil
difficultatis habet. sat enim fuerit, si nõ exactè
& per demonstrationẽ q̃ ꝓximè tamẽ fieri po
test, & fide digna cõiectura remediorũ faculta
tes cognoscere. quæ quidẽ cognitio lõgè præ-
fe ẽda est illi, quæ circa plantarum historias &
nomina versatur, ab homine medico videlicet,
non enim de Grammaticis aut Philosophis
nuncloquor. Itaque hortor omnes rei medi-
cæ stu-

cæ studiosos, præcipuè tyrones, vt stirpium omnium, aut saltem præcipuarum & quæ in aliquo vsu receptæ sunt, temperamenta, excessus & qualitates perdiscant, cùm ex veterũ libris, vbi & librarij multa corruperunt, & authores ipsi aliquoties aberrarũt, tũ ex vniuersali quadam methodo & scientia, quæ ferè ex sapore, odore, colore, & partium crassitie aut tenuitate deducitur, & alijs quibusdam indicijs ratione vel experientia cognoscendis, &c.

Io. Dantzius dialogos quosdam reliquit ex prioribus quinq; Galeni libris de facultatibus simplici med. diiudicandis, diligenter concinnatos. Et tabulas in eodem volumine de facultatibus medicam simpl. quæ apud Dioscor. & Galenum repertũtur, (iis quæ ab animalibus sumũtur acceptis) ordine alphabetico collatis simplicibus, ita digestas, vt Tacuini Elluchasem, ex libris Galeni. Adiecit etiá typographus alias tab ex superioribus collectas, quibus simplicia medic. digeruntur secundùm qualitates, quibus præditæ sunt, & affectus quibus medentur, ordine literarum, quales etiam hactenus aliquoties cum Latino Dioscoride, sed amplissimæ illæ & mendaces impressæ sunt.

Aetius, Ægineta & Oribasius Galenum secuti, de viribus medicamentorum simpl. in genere quędam tradiderunt, classibus institutis.

Quæ Oribasij nomine de viribus simpliciũ & eorundem delectu ad Eunapium, Basileæ olim excusa sunt, omnia apud Aetium quoq; habẽtur lib. secundo. Sunt autẽ tabulę simpli-

cium secundū primas & secundas qualitates.

Cor. Celsus libro quinto simplicia med. secundùm varias facultatum differentias enumerat Sed multis vires falsas attribuit: vt & Hermes Trismegistus in Iatromathematicis, frigida & calida medicamenta aliquot seorsim recensens.

De simpliciū medicamentorū viribus pronunciandi Methodum. Ioan. Serapio & Auerrhoes scripserunt, ab initio librorum vbi de iisdem particulatim tractant, item Albengefit in libro de facultatibus remediorum & alimentorum, doctè quidem & egregiè, nisi quòd interpretatio barbara est, & Auicenna tractatu primo lib. 2.

De alimentorum quidem facultatibus per locos communes in genere Galenus egit.

De medicamentorum simpl. gradibus seu primarum qualitatum differentiis extat scriptum Iac. Alkindi, cuius authoritate etiam Ioannes Mesue vtitur: item Arnoldi de Villa noua per Aphorismos. Idem in libro de simplicibus, facultates medicamétorum describit iuxta qualitates primas, secundas & tertias: vt & Iulianita quidā, & Leonhardus Fuchsius circa finem libri primi Compendij medicinæ.

Rursus de gradibus medicamentorum scripserunt Iacobus Forliuiensis, Gentilis Fulginas, Laurentius Maioli, Gerardus de Solo, Angelus de Gyra.

Constantini Africani liber de gradibus simplicium

plicium medicamentorum per singula medicamenta, primùm enumerat ea, quæ primi sunt ordinis cuiuscunq. facultatis, deinde quę secundi, & sic deinceps. Præfatur autem pauca de gradibus in genere, chartis 11.

Iacobus de Dondis, qui Aggregator Patauinus cognominatur, ex veterum scriptis omnẽ genus remediorũ & simplicium & compositorum per libros nouem digessit, secundum locos communes primarum, secundarũ, & tertiarum qualitatum, &c. vide in Bibl. nostra.

Otho Brunfelsius Iatrion medic. simpliciũ inscripsit opus, in quo libris quatuor ex Dioscoride, Plinio & aliis authoribus diuersis medicamenta, præcipuè simplicia, vt variis quæque affectibus à capite ad pedes conducunt; digessit, item ad vlcera, vulnera, febres, morbos muliebres & venena.

Leonhardus Legius collegit ex priscis aliquot Medicis Summam seu tabulam Pharmacorum simplicium & compositorum, secundùm ordinem alphabeticum partium corporis, vel affectuum, quib. medentur aut nocet.

Idem in eodem volumine ordine literarum medic. simplicia vsitatiora enumerat, ita vt cũ vnoquoque nominet medicamẽtum aliquod compositum cui admiscetur, (qualis ferè tabula cum Luminari maiori, vt vocant, habetur, sed copiosior.) Deinde simplicia recenset secundùm primas qualitates, ordine literarum

Ff

similiter, sed graduum differentias omittit.

Q. Apollinaris nescio quis (suprà dixi suspicari me fictum esse nomen) in priore libro è duobus Germanicè nuper æditis, remedia ex plantis ad diuersos affectus à capite ad pedes præscribit.

Io. Ruellius libri primi de natura stirpium cap. 21. de medicaminũ ratione & viribus breuiter, sed doctissimè agit.

Guilielmus Puteanus in libro vbi aloen aperire ora venarum, &c. pro Io. Mesue aduersus Manardum & Fuchsium contendit, multa doctissimè ad simpliciũ medic. facultates noscendas in genere disserit. Ianus Cornarius in fine Epigraphes rei medicæ simpliciũ pharm. classes instituit secundùm primas qualitates, adiectis vnicuique graduum differentiis.

Ant. Guainerius in Antidotario non composita solùm medicamenta describit, sed etiam simplicia passim enumerat, quæ alterent, id est, calefaciant vel refrigerent, caput, pectus & pulmonem, cor, stomachum, hepar, splenem, renes, vterum, iuncturas, item purgantia.

Iac. Hollerius de materia chirurgica doctissimè scripsit secundùm classes facultatum.

Io. Mesuæ librũ de simplicibus pharm. purgantibus erudita metaphrasi illustrauit Ioan. Tagautius. Extant in eũdem annotationes & censuræ Io Manardi.


Symph. Campegius lib. 3. de castigationibus pharma-


pharmacopolarum scripsit de modo curandi per medicinas laxatiuas.

Hieronymus Cardanus in libello de simplici medicina, multa de purgantibus tractat.

Nos etiam aliquando tabulas de simplicibus medicamentis purgantibus, aluum mollientibus, & vomitoriis, dedimus. Hactenus Gesnerus. Multa autem hic cósimilia possent addi, quæ vniuscuiusque diligentiæ tantisper relinquimus, donec alteri, vel mihi, hæcce tractandi fusiùs, occasio & otium suppetant. nonnulla tamen adhuc accipe.







THERAPEVTICAE MATERIÆ SCRIPTORES QVORVM TAMEN PLERIQVE particularium morborum curationem tradunt.

A

Actuarius.
Aetius.
Albicus.
Alexander Trallianus.
Alphonsus Bertusius.
Amatus Lusitanus.
Andreas Planerus.
Archangelus Piccolhominius.
Aretæus.
Arnoldus de Villa noua.
Auicenna.
Aurel. Cornel. Celsus.
Azarius.

B

Benedictus Musinus.
Benedictus Victorius.
Bernardus Gordonius.
Bertoldus de Sueuia.
Bertrutius.
Bohahyla Byngezla.

C

Camillus Thomaius.
Claudius Galenus.
Cato Thorinensis.

D

Dominicus Leo.
Donat. Ant. ab Altomari.
Dionysius Fontanonus.

F

Flauius.
Felix Platerus.
Franciscus Boussuetus.
Franciscus Valleriola.

Caspar

Marcus Gatinaria.
Marsilius de S. Sophia.
Martinus Rulandus.
Menghus Fauentinus.
Michael Ioannes Paschalius.
Mundinus.

N

Nicolaus Pisa.
Nonus.

O

Octauius Horatianus.
Oribasius.

P

Pamphilus Montius.
Paulus Aegineta.
Pedacius Dioscorides.
Petrus Bayrus.

Q

Q. Serenus.

R

Rases.

S

Sillanus de Nigris.
Symphorianus Campegius.

V

Valescus de Taranta.
Victor Trincauellius.

Infiniti alij sunt qui hoc argumentum passim tractant, priuatim verò & ex professo hi ferè tantùm: si alij occurrant, eos obseruare tui erit vsus & diligentiæ.

CONSI-

CONSILIORUM MEDICORUM SCRIPTORES IN QUIBUS FERÈ MORBORUM Curationes continentur, hos in præsentia notauimus.



A

SCRIPTORES DE PESTE.

Scio infinitos authores hinc inde materiam istam in suis scriptis tractasse, in primis illos qui de Febribus egerunt. Nos autem illos solùm collegimus, qui speciales tractatus huic argumento dicarunt, & ediderunt.

A

Adolphus Occo, Albicus.
Alexander Massaria.
Andreas Gallus.
Andreas Lacuna.
Antonius Fornemisius.
Antonius Fumanellus.
Antonius Gaynerus.
Antonius Schneebergerus.

B

Baptista Fiara.
Benedictus Textor.

C

C. Clodius Ceruianus.

D

D. Droetus.

F

Ficinus.
Francisc. Emericus Opapauianus.

H

Gabriel Aiala.
Gentilis Fulginas.
Georgius Agricola.
Georgius Honderlagius.
Georgius Phedro.
Georgius Pistorius.
Gerardus Bergensis.
Germanus Seilerus.
Gualterus Riffus,
Gulielmus Gratarolus.
Gulielmus Magistrat.

H

Hartmannus Schedalius.
Henricus Steinheyll.
Henricus de Topelstein.
Hierony-

Simon Simonius.

T

Tarquinius Schnelbergius.

Thomas Thyricus.

V

Valescus de Taranta.

Victor de Bona.

Victor Trincauellius.

Vv

Vvolffgangus Thalbuser.

SCRIPTORES DE LVE VENEREA.

Hic etiam recensentur illi solùm, qui subiectum istud speciatim tractandum & ex professo susceperunt.

A

Albertus Belfortis.

Angelus Bologninus.

Antonius Chalmeteus.

Antonius Francantianus.

Antonius Musa Brassauolus.

Augerius Ferrerius.

Augustinus Niphus.

B

Bartholomæus à Silebér.

Baßianus Landus.

Benedictus Victorius.

C

Conradus Schellinus.

G

Gabriel Fallopius.

Georgius Dardanus.

Gualterus Riffus.

Gulielmus Rondeletius.

H

Hieronymus Cardanus.

Hieronymus Fracastorius.

FINIS.







